



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

H xxx
2721/A 7/8



Iohannes Boeclerus
Phil: atque Med: D^r. Chym:
Botan: reliquæque Mater: Med:
Prof: Publ: Ord:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A


56.A.8 23702

Felizet
Paris 09

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Malachias Geiger était bavarois
et écrivait vers le milieu du 17e siècle.
Mr Portal fait cas de sa Kélégraphie
et surtout des descriptions anatomiques
qu'il y a données. Sa méthode curative des
hernies est furannée et dangereuse; mais
sa palliative est excellente et il a
proposé des bandages dont plusieurs auteurs
tel que Mr Housset de Montpellier
se sont attribué l'invention.
Mr De Haller en a très peu parlé
et a blamé ses procédés curatifs.


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



KELEGRAPHIA SIVE DESCRIPTIO HERNIARUM

Cum earundem Curationibus tam Medicis quam Chirurgicis

DESCRIPTA PER MALACHIAM GEIGER VTRIVSQVE MEDICINÆ LICENTIATVM.

MONACHII. ANNO. MDCXXXI.

2370261
† 2
Crc.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

SERENISSIMO
AC
POTENTISSIMO
MAXIMILIANO
COMITI
PALATINO RHENI,
VTRIVSQVE BAVARIÆ DVCI
S. R. I.
ARCHIDAPIFERO
&
ELECTORI &c.

Literarum literatorúmq; omnium Patrono benignissimo.

EXPERTIA rationis animantia solius naturæ ductu, appropinquante partu, abdita loca petunt, ardua munitissima; quibus tutò editos fœtus deponant, &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

credant, vt insidiatorum obseruationes deludant, violentiam aditu prohibeant, oppugnationem munitione propulsent. Quid animal hoc prouidum, sagax, plenum rationis & consilij, quem vocamus Hominem, in partu ingenij, quod hominis decus est, facturum arbitramur? paratæ sunt inuidorum insidiæ, prompti obtrectatorum impetus, instructæ iniquorum oppugnationes. Hæc vt euadant, sustineant, propellant, auxilia, si vires non suppetant, petenda. Quod & factitatum vulgo video, & mihi faciendum esse statui, præsertim in hoc ingenij mei, quod sentio quã sit exiguum, primo partu; neque verò abditus locus atque abstrusus mihi quærendus fuit operi eden-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

do, atque peruulgando, ſed arduus potius atque omni ex parte munitus, quo nec inuidorum tela peruenire, nec petulantium maledicta penetrare queant. Nec diu conſulendū fuit vel quærendum; oſtendit ſe ſtatim & occurrit miranda excelſitas & ſumma S.^tis V.^æ potentia, quâ tanquam ſeptemplici Aiacis clypeo tectus ac indutus, liuidorum homuncionum ſannas, ac irriſiones improbas, ſycophantarúmque criminationes iniquiſſimas, aculeatáque dicteria comprimere aut procul à me remouere atque amoliri potero. V.^æ porro S.^ti cur partum hunc cōmiſſum & dicatum velim, monet tum ipſa in meos inclinata voluntas, tum Patris maximè exemplo impellor,

 qui

quī ipſos triginta ſex annos Sereniſ-ſimæ Bauaricæ domui laborat, id omnibus iuxtà votis expoſcens, vt quâ fidelitate in eo ſe munere verſatum confidit, filios paterni animi ac ſtudij æmulos videre poſſit. Vel vt ad minimum ſaltem à Sereniſſimi ac Potentiſſimi nominis veſtri fulgore, aliquis claritatis ac famæ radius in opuſculum hoc deriuetur. Quis enim eſt, qui paulò penitiùs inſpiciens egregias S.^tis V.^æ dotes ac virtutes, lubens non fateatur mecum, hodie paucos reperiri ex Magnatibus, in quibus Animi magnitudo excellentior, Religio ardentior, Munificentia illuſtrior, Doctrina elegantior, & Humanitas amabilior, ſeſe exerat atq; oſtendat, quàm in ipsâ Ste V.^a. Hæc
in-

insuper Heroicarum suarum virtutum admiratione, non solùm omnes totius Germaniæ oras atque angulos iamdudum compleuit, verùm etiam earundem luce ac splendore, vniuersum huncce Europæum orbem, instar radiantissimi cuiusdam syderis longè latéque collustrauit, adeò vt nullus ferè nunc sit terrarum locus, quò illarum Fama inclyta non penetrarit, & in quo S.^tis^ V.^æ^ nomen, non ametur magnoperè, suspiciatur ac celebretur. Hisce tandem accedit S.^tis^ V.^æ^ in literas ac literatos amor ac beneficentia planè singularis, quæ talis profectò tantáq; existit, vt eā

—— nec ventura silebunt
Lustra, nec ignotâ rapiet sub nube, vetustas.

Accipiat igitur quem nunc debitâ animi ſubiectione ac reuerentiâ S.^ti V.^æ hic ſiſto, trado & conſecro, hunc ingenij mei partum, vultu Sereniſſimo, eúmque ne fortè fiat calumniæ epulum, & obtrectationis victima, contra furibundam rabiem & maledicorum effrenem petulantiam, potentiſſimè defendat, hocce præſertim corruptiſſimo factioſiſſimóque æuo, in quo Bonorum famæ ac ingenijs detractum ire, vt vel optima præſtantiſſimáque quæq; arrodere, aut peſſimis ſtrophis deprauare, tantùm nõ laudi ducitur atque virtuti.

Quam votiuam gratiam ſi à Ste V.^a impetrauero, certò ſibi perſuadeat velim, Auguſtiſſimæ Boïcæ Domui me omni Arte meâ, mihi à

puerili vſque ad iuuenilem hanc meam ætatem multis laboribus, longíſque & periculoſis itineribus hactenus comparatâ (& quidem in Humanioribus Monachij, in Philoſophicis Ingolſtadij, in Medicinâ theoricâ Louanij, vbi etiã Laureâ Apollinari inſignitus ſum, in Anatomiâ Lutetiæ Pariſiorum, in Botanicâ & Pharmaciâ Monſpelij, denique in practicâ Medicinâ in quâ & nunc verſor in Patriâ) ad quæuis ſubiectiſſimi animi obſequia, nullo non tempore, obnoxium & obligatum fore.

Quod supereſt. Deum Opt. Max. deuotis inuoco ac ſollicito precibus, vt S.tem V.ram ad Eccleſiæ & Reipublicæ Catholicæ tutelam firmiſſimam, in Neſtore-

os vſque annos, ſoſpitem, florentē ac incolumem, in tranquillâ Pace ac Fortunâ conſeruare, Conſilijs eiuſdem vniuerſis, factis ac conatibus pijs & arduis, Author, Adiutor & Director adſiſtere, Illámq; tandem ſempiternâ ac cœleſti Felicitate beare velit. Ita quidem voueo; vouenti faueat Altiſſimus, Veſtrámq; Serenitatem ita benigniſſimè gratiâ ſuâ foueat, vt æternum floreat. Monachij Idib. Maij, Anno à Chriſto nato CIↃ. IↃC. XXXI.

S.^tis V.^æ

Humillimus & Deuotiſſimus

MALACHIAS GEIGER
Vtriuſque Medicinæ Licentiatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

PRÆFATIO AD LECTOREM.

AMICE Lector. Varia me principio terrebant, animumq; meum præpediebant obstacula; quo minus Tractatum hunc, quem de Ramicibus collegeram, in lucem ederem, ac publici iuris facerem; nec fecissem vnquam, ni tandem charissimi Domini Parentis mei (cui vt vitam, ita & omnia reliqua mea debeo) voluntate & petitione victus, insuper etiam ab improbâ ac peruersâ, imò detestãda potiùs, virgísque ac flagris castiganda, nonnullorum sceleratissimorum impostorum, mendacissimorúmque Agyrtarum, ac vetularum veneficarum, titulum noménque Chirurgi ac Medici nefariè vsurpantium, *Author cur scripserit de Ramicibus.*

at-

atq; ementientium, medicatione, quam in hisce affectibus profligandis, crudeli nimis ac lamentabili quàm plurimorum Fato, apud incautos & imperitos, haud rarò instituunt ac peragunt, motus & impulsus fuissem. Video quoque in nostro tumultuanti hoc sæculo, in quo Iupiter ollas despumare velle videtur, Chirurgicam artem præstantissimam & antiquissimam, quæ sola olim in vsu & pretio fuit (cum illius æui homines persuasum haberent, interiores morbos adhibita conueniente Diæta à Natura sola curari aut superari posse; unde diuinus etiam Hippocrates, naturas morborum medicatrices esse, scriptū reliquit) in multis Europæ partibus, non solum profugam, sed sede sua deiectam, & in exilium actam esse, eámque præsertim in Germania nostra adeo ingloriā & contemptā iacere, vt

ab eâdem frustrà amplius flores & fructus exspectarentur, nisi sub Vesalijs, Fallopijs, Columbis, Valuerdis, Laurentijs, Fabritijs, Casserijs, Plateris, Bauchinis &c. reuiruisset. Causam exilij si quæras? promptam habes. Cum enim Medicina interior cum exteriore coniuncta in vnam olim artem coaluisset, ac proinde summum dignitatis ac perfectionis gradum consecuta esset, tunc temporis Medici excellentiores nimio ægrotorum numero onusti, ac tam variè distracti, nec medicamentorum præparationi, nec Operationibus Chirurgicis propriâ manu perficiendis, sicuti eò vsque consuetum fuerat, ipsimet vacare possent, sed tantis laboribus impares, hæc talia officia famulis suis demandare coacti fuerint, vnde postea euênit, vt cùm illi autoritatem quasi architectonicam tantùm sibi retinerēt, famuli ipsorum,

Chirurgia cur nostro tempore iaceat

quod

quod ſucceſſu temporis frequentíque exercitio dextrè præſtare didiciſſent, id ſibi ceù facultatem propriam vindicarint. Medicorum Dogmaticorum, quibus antea paruerant, iuſſa ſuſque deque habentes, omniáque quæ circa ægrotos præſtanda erant, ex proprio ſenſu agentes, eò tandem inſolentiæ progreſſi, vt non ſint veriti, excuſſo obedientiæ iugo, cum Medicis ipſis, quorum præſcripto tamen obſequi debuiſſent, impudenter contendere, imò de ipſa palma ex felice Curationum ſucceſſu conſequenda decertare; cum tamen Chirurgo indocto, quales plerique Barbitonſores, Balneatores, multíque alij Empirici ſunt, nihil ſit ſtolidiùs, nec in Societate humana perniciosiùs.

Chirurgia itaque hoc modo à Medicis neglecta, excuſſa & reiecta eſt, hincque lautiores effecti, chirurgicam

operam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

operam ministerium vile, & officium sordidum esse sunt arbitrati, tractare nimirum vulnera, extergere saniem, mundare sinus ac fistulas, & similia, abscœnitatis opera esse reputantes. Quod, quam dolendum, & quam bene constitutæ Beipublicæ perniciosum sit, inde perspicuum esse arbitror. Quod ille qui dextrè & ex arte curare, veríque Chirurgi nomen tueri cupit, multarum rerum, imò vniuersæ Medicinæ gnarus, & vno verbo Medicus esse debeat. Quemadmodum enim nemo perfectũ habiturus Philosophum illum, cui vna aut altera Philosophiæ tantum pars perspecta: ita is absolutissimus Medicus duntaxat pronunciandus, qui curandorum omnium humani corporis malorum cognitionem habet integram. Huiusmodi Prisci illi, Hippoc: & Galen: artis huius Parentes extitêre, quos miscere phar-

Chirurgum quid deceat scire.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

macum, aperire vomicam nunquam puduit. Nec enim hæc ieiuna adeo est ſcientia, vt aliquot Vnguentorum ac Emplaſtrorum formulis, ſoláque manuum operatione, ſolerti licet, expedita & ingenioſa, contenta ſit; quæ vana multorum eſt opinio: ſed ſua habet pręcepta apodeictica, quibus ceu fundamentis nititur firmiſſimis: eámque cum reliquis Medicinæ partibus, τῇ διαιτητικῇ inquam & φαρμακευτικῇ affinitatem habet; vt ſine his feliciter tentare nihil queat. Taceo quod Tumores præter Naturam, & vlcera pleraque, ex interioribus ferè cauſis dependeant: reliqui etiam à foris incidentibus exorti affectus, à cauſa in corpore latente foueantur, néque curari citò rectéque poſſint remedijs topicis, niſi prius accurata & diligens totius corporis internarúmque cauſarum ratio habeatur. Hæc igitur omnia vt pro dignitate

exſequi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

exſequi Chirurgus poſſit; neceſſe eſt, vt anatomiæ inprimis ſit peritiſſimus: quo & affectuum naturam cognoſcere, & vbi ſecare, vrere, perforare, aliáq; huius generis moliri liceat, ſingularũ habita partium ratione, intelligat. Quin etiam humani corporis è principijs ac Elementis conſtitutionem, & affectus qui præter naturam huic obtingere ſolent, affectuúmque cauſas ad amuſſim omnes, noſſe eum oportet. Præter verò hęc medicamentorum etiam facultates, victúſque præſcribendi rationes exploratas eundem habere decet: vt ſuum morbo cuique remedium rectè & conuenienter adhibere poſſit. Verùm proch dolor, noſtra hac ætate, ſordido quæſtu, fœdiſque voluptatibus ita contaminata ſunt omnia vt arti locus penè nullus concedatur. Quiuis enim flagitioſiſſimus & ſtupidiſſimus, ſi vel ob perpetrata faci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

nora à bonorum conſortio exſulare cogitur; vel, laborum pertæſus, honeſtis rationibus victum quærere grauatur: confeſtim chirurgum ſimulat; & vel hernias incidere; vel veſicæ calculos eximere; vel olea vnguentáque parare conatur, tanta támque aperta impoſtura, vt nulla eſſe maior queat.

Vult Medicas quiuis Vanus habere manus.
——— Adeo nunc nomina ſtultè.
Magnifica, & claros titulos ſibi quilibet optat,
Arrogat, affectat, ſequitur, rapit, vt meritò iam
Et ſe Aſinus Pardũ vocet, & vaga rana Leonẽ.

Fraudes Impoſtorum. Veniunt iam ſimiles impoſtores, curandíque viam facillimam & nouã, remedia ſecuriſſima, experimenta certa, artem breuem ac vberrimam doctrinam pollicentur, & ad prurientes vulgi aures, multiſona garrulitate, inſtar cymbalorum beneſonantium tinniunt. Videtur iam Ariſtoteles rediuiuus, ac omnis Philoſophia innouatâ fronte reiuueneſcere. Incipit vagire in

cunis

cunis Plato, ſcientiam ab hominibus iſtis (ſi modo homines, & non potiùs καθάρματα & excrementa humana nominandi ſint) tandem percepturus, ſilet Diogenes, riſum continet Heraclitus, à fletu ſibi temperat Democritus, arrigit aures Hippocrates & miratur ſe tot laboribus penè exhauſtum, actam difficili iudicio ſagacíque obſeruatione artem ſibi comparaſſe. Calamo parcit Galenus, ſéque ad vires Medicamentorum indagandas tot itineribus defatigatum ſudores ſuos videre irritos, cùm quæ tantis ſtudijs ipſe acquiſiuerit, hi ſomniando ſint adepti. Stupent Arabes, Græci, Latini, imò & Gentes Barbaræ aduentum horum Pſeudomedicorum ſuſpicientes, nouũ aliquod & inauditum medicationis opificium ab ipſis expectantes, nihil valet auctoritas vlla, non artificium ſed ſola opinio. Vnde Philoſophiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

prægnantes, ſcientiâ inſufflati, doctrinâ turgidi & conſilijs abundantes ad oſtentationem adueniunt. Poſtquam verò illorum doctrina innoteſcit, tum demum clangor ſermonis quem proferunt vix nolis ſtultorum æquiparandum, & ex vaniloquijs, confictionibus, phraſibus hyperbolicis, iactantia ac mendacijs, & garrula verborum mole vt plurimum, omnem eorum Rhetoricam & artem conſtare deprehenditur. Multo & fallaci ſermonum Reipublicæ hoc carcinoma & peſtifera quaſi lues apparatu ægris ſeſe inſinuat, quos ſanitatis pollicitatione aucupatur, dolis circumuenit, aſtutiâ compungit, fraude decipit, inſcitiâ in periculum adigit, imò ſæpiùs enecat. Si Gygis quæras annulum, quo Rex ille ſe inuiſibilem reddidit, promiſſus quidem ſed citra fidem non deerit: Si quis imperitus de morbo ſuo quærat,

multa ac varia nugatores iſti mentiuntur, modò catharros è capite deſcendentes, modò abſceſſus pulmonum, ventriculi tumorem, obſtructionem iecinoris, renum vlcera, ſæpè etiam abſurda prorſus & impoſſibilia incuſantes: vt ſic verborum ambagibus, monſtroſâque & inaudita rerum nouitate percitus is, quærendi cauſa qui adeſt, in admirationem rapiatur, credátque peritiſſimum eſſe valdéque doctum Medicum qui tot morbos è tantula lotij portione diuinando elicere queat. At, bone Deus, ſi ſtulta illorum conſilia ſeuerus ille morum Cenſor Cato, aut craſſus ille ἀγέλαστος (qui ſemel tantum in vita riſiſſe fertur, dum ſpinoſos duris labris aſinum edentem carduos vidiſſet) audiret, certè à riſu ſibi temperare non poſſet, etiãſi labra mordicùs apprehenderet; Leuia enim magni penſant, grauia nihili eſtimant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

præſentia non curant, futura non agnoſcunt, præteritorum autem non tenent memoriam, ad fraudes ſolum intenti ac deceptionibus inhiantes, de ſuis gloriantur remedijs, ac ſua adulatione ignobile vulgus ineſcare ſciunt, ſuámque ignorantiam inceſſus grauitate, annulorum oſtentatione, veſtium faſtu celare poſſunt. Præſtaret planè incidere in coruos, quàm ſe Nebulonibus his committere. Illi in cadauer inſenſibile ſæuiũt, at iſti in viuos graſſantur, & nihil non audẽt, quo ab afflictis ægris per fas & nefas pecuniam emungant. O ſceleratum pecuniæ aucupium, quid non mortalia pectora cogis audere.

Argumẽta quibus aliqui probare conantur; Circumforaneos non eſſe tollendos, quæ tamen iterum ſoluuntur.

At inquies, experientia comprobari. I. Tales Empiricos ſæpiſſimè feliciſſimo ſucceſſu curare. II. Rerum ſuarum exactam rationem dare poſſe. III. Ex receptis, vt vocant, doctiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſimorum Medicorum eruditionem & experientiam hauſiſſe. IV. Vt plurimùm ex Chriſtiana charitate, ad exemplum miſericordiæ Dei, & quidem gratis, ægrotantibus ſuccurrere; Et ſi quæ ſunt alia. Quibus omnibus breuiſſimè reſpondeo. Ad primum, me non in totum negare, quin aliquando accidat, vt tales præter omnem ſpem & exſpectationem alicui ſubueniant; verum hoc non ex arte illorum, ſed aliundè contingere omninò affirmo. Multos, inquit Hippocrates, Fortuna, cui tales ſtelliones maximè innituntur, curat, quos ars non curat. Et velut Libauius in Antigram. ait: Omne nouum gratum eſt, & facit interdum ipſa auiditas auſpicia, quâ exoleſcente, Medicina illa noua nullius eſt momẽti, adeò vt fortuna potiùs, & ægrorum fiduciâ abeat, aut abſcondatur morbus, quàm tollatur ſcientiâ, & actione

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Medici felici. Ad ſecundum negatiuè reſpondeo. Etiamſi enim imperito popello forſan imponere, & oculis nebulas offundere poſſint: tamen in præſentia doctorum virorum eæ facilè diſparent, cùm omnia illorum dicteria ad oſtentationem ſaltem directa deprehendantur. Garrulitas certè illis minimè deeſt, in quâ etiam omnem ferè ſpem poſitam habent. At notandum, ignorantiâ nihil doctiùs eſſe aut confidentiùs. Siquidem quo quis imperitior, eò etiam plùs in rebus arduis ſibi ſumere & arrogare audet. Quod Tertium attinet, concedo ſecundum quid, non tamen ſimpliciter. Quid enim iuuat ſartorem omnis generis bombycinas telas, ſericas, lineas, laneas in conſpectu habere, ſi methodi ignarus ſit, ex illis artificioſas veſtes conficiendi? ſic quid prodeſt huiuſmodi Agyrtis & circulatoribus, noſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

aliquid in genere (perfectam enim rerum notitiam vt vt eam Nebulones isti iactitent, minimè concedimus) ex schedis doctorum Medicorũ præscribere, vel potiùs transcribere, si ignorẽt illud quolibet suo loco & tẽpore, aliísque expendendis circumstantijs applicare? Rectissimè igitur de ijs, suo modo, Horatius in arte Poëtica. Nam

Dum tractare student, res prodigialiter omnes,
Delphinum syluis appingunt, fluctibus aprum.

Non enim ——

Inguinis & Capitis, quæ sint discrimina nôrunt.
Veruecum (scilicet) in patria, crassóque sub aëre nati.

Quartum adeò verisimile non est, vt potiùs omnibus manifestum sit, eos libentissimè in aqua turbida piscari tantùm, imò in id vnum intentos esse, vt minùs oculatos, velut sitibundæ auri & argenti spongiæ, omnibus modis circumueniant, & si modò possint pro fumo, quem venditant, spissos nummos recipiant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Hæc omnia cùm in rei veritate ita sese habeant, spero omnes bonos & ciuium suorum amantes Magistratus id effecturos esse, qui tales improbos, peruersos, detestandos, virgísque ac flagris castigandos impostores, titulum noménque Medici ac Doctoris nefariè vsurpantes atque ementientes, si non tota sua ditione pellere velint, saltem frenum, effrenatæ illorum libidini & temeritati inijcere, & intra legitimos boni status cancellos continere animum inducant. Atque hoc factu illis erit facillimum; Nam, si ex fæcibus & quisquilijs, imò verò monstris & pestibus in Medicinam immissis, primum carnifices ex Vrbibus ad coruos; deinde Vetulas ad sua pensa: mox Circumforaneos, Præstigiatores & Agyrtas ad pristinam esuriem redire iubeant: non certè nisi Rationales Medicos, minimè verò Personatos impo-

Magistratū Agyrtas ditione sua pellere debere.

sterum

ſterum, & quidem bonâ conſcientiâ habebunt. Et quidem tales, qui diligentia erunt luxurioſi, moribus amœni, audaces in ſecuris, timidi in periculoſis, malas curas fugient: quíque infirmis erunt gratioſi, ſocijs beneuoli, cauti in prognoſticando, non garruli & loquaces (Celſus enim in prœmio l. 1. dicit. Ingenium & facundiam quidem vincere, morbos autem non eloquentia, ſed remedijs curari. Quæ ſi quis elinguis, vſu diſcretus bene norit, hunc aliquando maiorem Medicum futurum, quam ſi ſine vſu linguam ſuam excoluerit. Audacia quoque ac Temeritas indoctum, Timiditas verò intelligentẽ conſcientiosúmque plerumque prodit Medicum. Aliud eſt enim attingere cum Verecundiâ, aliud contrectare cum Impudentiâ. Iapis etiam antiquiſimus Medicus, Medicinam mutam vocauit, eò quod tota

Medici & Chirurgi quales ſubſtituendi.

eius

eius vis magis in dextro remediorum vſu, quàm in dicendi peritia, facundia, vel loquacitate conſiſtat, vndè Damaſcenus: Medicum efficacem eſſe oportere in opere, non loquacem in ſermone, rectiſſimè ſcripſit) caſtos inſuper, ſobrios, pios, & miſericordes, non cupidos, non extortores pecuniarum, ſed ſecundùm laborem eorum & facultates infirmi, & qualitatem finis, & dignitatem ipſius, ſalaria recipientes moderatè. Dico autem cum Celſo ex l. vij. Proëmij. Eundem quidem hominem poſſe omnia iſta præſtare.

[C]onclusio [p]ræfatio[n]is ad Le[c]torem.

Iam verò ad te rediens, mi Lector, qui candidus es, & cuius mentem liuoris, maleuolentiæ aut imperitiæ nubecula non perſtrinxit; de præſenti meo labore, non niſi candidè ac ſincerè ſentias. Non enim me fugit, librum hunc meum ab inuidorum calumnijs non planè fore liberum ac immunem. Nec

dee-

deerunt aliqui liuoris veneno ſuffuſi, qui maledico dente, indigniſſimè eum vellicaturi, variiſque criminationibus ac dicterijs procaciter vbique inſectaturi ſint: Hi ſcilicet, ſcripti exilitatem damnando; Iſti, ſtili ſimplicitatem taxando: Illi rerum quarundam dilucidiorem explicationem deſiderando: Alij oſtentationis vel ambitionis falsò me inſimulando; quo nomini ac famæ meæ, etſi non magnæ, tamē bonę, labeculam aliquam aſpergant, illámque in inuidiam adducant. Quos ego quidem omnes viriliter contemno, non ignorans hoc noſtro æuo nihil ferè tam ſanctum eſſe, quod eiuſmodi nequiſſimorū ora ſacrilega non contaminent, nihil tàm honeſtum, quod non furialiter allatrent, nihílque tam purum, quod non improbè commaculent. Pro ſimilibus igitur Momis & Ariſtarchis, Tractatum hunc meum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

de Ramicibus nequaquam publicare, ſed pro bono, ſcienti ac intelligenti, & cuius Amoris & Fauoris aura ſuauiter adhuc mihi ſpirat, volui. Quem ſi gratum & probatũ tibi fuiſſe cognouero, méque ſuffragij tui calculo albo donaueris, mihi impoſterum ad alia longè maiora & præſtantiora edenda (niſi Deus & Fata aliter velint) animam calcárq; addes. Sin verò aliter, atque ego, nec bonis quidẽ iſta, quæ nunc ſcripſi atque emiſi, eſſe bona, méque iniquarũ cenſurarum onere aggrauari, & inuidiæ ac calumniarũ fluctibus obrui, cognouero, iure quieſcã, calamúmq; ſiſtã, ac me in tuta ſilentij caſtra abſcõdam. Cur enim aduerſis vel repugnãtibus ventis vela facerẽ? & prudentum conſilio longè ſatiùs eſt, vitare calumniam quàm deprecari. Interim hæcce quę nunc dedimus boni conſule, ijs feliciter fruere, & longum. Vale.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



IN
TRACTATVM
KELEGRAPHICVM.

Naturæ ac Artis summas Epidaurius axes
Credidit Ingenio se superasse suo.
Cunatos postquam detorti cruris in arcus
Ossa Ioui medicâ sunt reparata manu.
Attamen haud tanti est socialia fœdera crurum
Rupta, nouis in se nexibus ÿsse pedum.
Hernia maiores illis sibi vendicat artes
Artibus; arcta licet sit Tibi Vena labos;
Quin mage splendentes laudum Tibi suggerit ignes,
Quo magis Obscuris abdita Vena fibris.

Amoris sui testimonio Fratri Germano accinuit

ESAIAS GEIGER
V. M. L.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Distichon ad Zoilum.

NOBILISSIMI AC CLARISSIMI VIRI IOANNIS Iacobi Sattleri, Serenissimi Bauariæ Electoris Consiliarij & Medici cubicularij.

Ἔντερο, καὶ ὄμφαλο, καὶ ὕδροτε, σάρκοτε, πνευματοκήλην
Quæ via sanandi, te docet iste liber.
Quem tu luridulo si carpsis dente, secabit
Τῆς γνώμης κήλην non minùs ille tuam.

IN NOBILEM ADMODVM Excellentissimúmque Virum ac Dominum. Malachiam Geiger V. M. Licentiatum &c. operis antehac non editi clarissimum auctorem.

Cæsar, Alexander, Pompeius nomina Magnûm
Cædibus egregijs obtinuêre Virûm.
Attamen has cædes reparare Machaonis arte
Militiæ hi summi non valuêre Duces.
Maior Alexandro Malachias, Cæsare maior,
Pompeio est maior qui resecando iuuat.

Ioannes Georgius Saxo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Clarissimo Doctissimóq; Viro

D.D. MALACHIÆ PHORMINgo aliàs Geiger, Medicinæ Vtriusq; Licentiato elegantissimum suum tractatum Medico-chirurgicum de Hernijs publici iuris facienti.

Vxoris manes Cytharâ retraxit ab orco
Orpheûs; ægrotos tu retrahis manibus.
Quos herbis medicina nequit depellere morbos.
Hos tua prompta manus tollere sola potest.
Restituis vitam multis, quam reddidit vni
Orpheûs: Phormingi Præualet ergo manus.

Honoris, amoris obseruantiaq; testandæ gratia adscripsit Guilielmus Gillon M. D. Amstelodamo-Batauus 29. Martii.

AD EVNDEM.

E cunis medicina tua est, iam Vere senescit:
Diuinent vates, quæ tua messis erit.
Inguina quod repares prolapsáque viscera firmes,
Arte tua humanam restituis sobolem.
Nec Veneri ingratum vnum quod genitale rescindas:
Vno claudus erat Mulciber ipse pede.

Ioann: Kirtonus. Anglus Med: & Phyl: Doctor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO MALACHIÆ PHORMINGO, Vtriusque Medicinæ Licentiato, grati animi ergo,

Pampineum meritò dilaudat vinitor agrum,
Fæcundas Bacchi cùm sibi spumat opes:
Nec minus arua placent, multo quæ fænore falci
Cultoris referunt semina sparsa manu.
Sic Phorminge tibi quis non decantet honores?
Quis non fæturas laudibus extulerit?
Namq; Machaoniæ vix metam ingressa palæstræ
Ars tua, mox Medicas larga profundit opes:
Cautè quippe docet turgentes pellere κήλας,
Et malè tabificos exonerare sinus:
Quid fomenta queant, valeant quid Apollinis herbæ,
Quid succi & ferrum, quidq; ministra manus,
Hoc dabit; & quicquid, Medicinæ Phœbe repertor,
Suspicis, hoc promptè suppeditabit Opus.
Scilicet, vt variam messem Saturnia tellus,
Sic variam hîc reperit ramice læsus opem.
Pæonijs tot victa armis furit HERNIA, *& infit:*
Perdere quot potui, tot pereâmne modis?

CHRISTOPHORVS AGRICOLA
Parochus in Ecclesia hospitali ad S. Spiritum Monachij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

NOBILI ET EXPERIENTISſimo Domino D. Malachiæ Geiger Vtriusque Medicinæ Licentiato &c.

Debiti honoris & obſeruantiæ ergo.

Chordas ad numerum mouebat Orpheûs;
Plantas ad ſonitum trahebat Orpheûs;
Dum chordas animat ſonátque plectrum,
Barros Africa miſit & Leones:
Ponebátque ſuum Leo furorem
Et Barrus genuum plicare nodos.
Pedes ad numerum mouere, ſaltus
Conformes fidium ſono referre
Inſanum minimè putat Laborem.
Et montes ſtatione derelictâ
Primæuum faciunt redire planum.
O Phormynx Cytharæde Microcoſmi,
Phormynx in Medicâ celebris arte,
Hoc plectrum Tibi tubera Herniarum,
Febris peſtiferè furentis æſtus,
Illum, qui genuum artuúmque flexus
Poſſet oppoſitus tumor morari
Te fugat veniente, Cùm Poëtis
Fictus exulet Orpheûs, deinceps
Te Verum colat Orpheum poeſis.

Amicus Tuus

S. H. I. V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

De CALVMNIATORE Libri.

Iam patulo rictu, iam pallidus Vnguibus vncis
Zoilus in LIBRVM *cœperat ire nouum:*
Sed postquàm nomen GEIGERI *in limine vidit,*
Attonitus multùm, tunc sine mente stetit:
Ipse tibi soli quid dentes exseris, inquit?
Hîc Mures ferrum *rodere stulte solent.*

Aliud IN COMMENDATIONEM OPERIS.

Quis neget hunc partum spirare Machaonis artes,
Et prodire bonis propitiisque Dijs?
Ipse sibi ex irâ si rumperet Ilia Momus,
Hoc tamen in libro præstò medela foret.

Ioannes Braun Medi-
cinæ Candidatus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ENCOMIA PARALLELA
siue
CHIRVRGIÆ INCREMENTA
Comparata cum Medicis antiqui seculi artibus.

Adeste Chirones, gregémque turmatim
Vestrum, Æsculapios, Machaones vnà
Vocate; Tralatitius vt migret laudum
Encomijque diuitis ferax splendor;
Et sportulas, & Artibus Palmam
Qui porrigant nouis: minoribus visæ.
Nam remiges pennis leuâsse vos Artes,
Fastigióque pressiore liquisse.
    Vtrumque largâ symbolâ dabunt Flores,
Hortique non steriles; marita dum cœlo
Exsudat Vnda, coniugata cum nimbis
Fæcundioribus, Mares vt effundat
Hyacinthulos, ab Apollinis manu, mollem
Effœminatos in rosam, irrito iactu.
Herbam, aio, porrigite Artibus nouis victi;
Feracitate posthumâ, palæstrâ quæ
Sunt doctiore, aut sedulâ magis Curâ
Eductæ in apricum ominis boni solem.
    Phillyrius vno in crure quid sui Chiron
Consumpsit ausus Ingenî? tumescenti
Medela dum fieret pedi, sederétque
Elatus in collem Dolor, suo vel se
Sepeliret in Tumulo, ligante crus Tabo.
Epidaurius quid Æsculapius Cretæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Hippolytum inunxit vegetioribus ſuccis,
Summôque crus Ioui obligauerat dextrum?
Maiore nunc Artus vagantur anfractu,
Anguſta nec theatra ſunt, quibus ludunt;
In Crure totus non perit labos fracto,
Aut arcuato ſe fatigat in gibbo.
Viſceribus ipſis qui ſedet, fugit torpor
Proſcribitúrque nunc, vel Igne, vel fusâ
Docto è fluento Aquâ, per ollulas ſenſim
Medicis adulteratâ odoribus. Vel ſi
Furore magno lancinat Dolor Corpus,
Aut venulæ diuortio ſolutæ ſunt,
Compaginéſque diſcrepant latebroſis
In Viſcerum meatibus; minas ferri
Addunt, ſeueriore lege formati,
Scindúntque, mollior quod Herba non vincit.
Tanto nouæ faſtigio natant Artes,
HERNIACA nempe quæ pericla caſtigant;
Vt ſe ſinus Naturæ in Vltimos mittant,
Quà venulis diſcordibus flagrat bellum.
Solutiore nunc, eatis effrænes
Morbi capiſtro, liberóſque certatim
Fundite furores mox nouis refrænandi.
Namque HERNIAM qui curat, inijcit Lorum;
Ergo, cauete, ne IVGVM premat Vinctos.

INDEX

JNDEX CAPITVM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

CAPVT

CAPVT PRIMVM.

DE NOMINE HERNIÆ, EIVS ESSENTIA, DIFFERENTIIS, Partiúmque in quibus & per quas fit, declaratione.



OMEN hoc Herniæ multi deducunt ab hærĕo, eo quod fortiter adhæreat ægris, demonstrántque per hoc fortitudinem adhæsionis, & difficultatem separationis. Meliùs tamen secundum Celsum Herniam vocant à duritie pellis, quæ fit post intestinorum descensum. Hernium enim durum & asperum dicitur, tractum à Sabinorum lingua, qui Hernia saxum vocant. Vnde Latinis adhuc Hernia seu Ramex. Græcis κήλη. Barbaris verò Ruptura seu Crepatura dicitur. Generales species Herniarum apud Græcos sunt quatuor. Asperæ Arteriæ, Vmbilici, Scroti & Inguinis: varias tamen

Nomina, Definitiones, & Differentia Herniarum.

men propter locum affectum ſortiuntur
appellationes, ſi enim in gutture fiat tu-
mor, vt pleriſque accidit ex potu aquæ
niuealis, quæ Alpinis & alijs montanis in
vſu eſt, βρογχοκήλη dicitur à βρόγχος quod
ſignificat guttur. Quando verò Vmbilici
ligatura laxatur ὀμφαλοκήλη vocatur, ab
ὀμφαλὸς Vmbilicus. Quod ſi inteſtinum
ſupra inguina exeat βουβωνοκήλη Græci,
Ramicem Inguinis Latini appellant à
βουβὼν inguen. In ſcrotum denique cum
inteſtina prolabantur ὀσχεοκήλη nuncupa-
tur ab ὄσχεος, quod ſcrotum eſt. Barbaram
verò ſectantes Medicinam, qui Auicen-
nam & reliquos ſequuntur; Practici dicti,
volunt Herniam ad Rupturam & Rela-
xationem nomen generale eſſe, & iſtæ
duæ ſpecies ſecundùm illos ſunt magis fa-
moſæ. Ruptura enim quæ Auic. teſte 21.
3. cap. proprio. propriè fit propter fiſſu-
ram panniculi continentis Zirbum ſeu
Omentum, & Inteſtina, id eſt, Peritonæi,
poſtquam per foramen tranſit Zirbus, vel
inteſtinum, vſque ad Inguina, vel partes
inferiores, & iſta propriè dicitur Ruptu-
ra, quæ ſpecies Herniæ ſecundùm quoſ-
dam

dam rariùs fit: quamuis etiam ſubinde frequenter fit, potiſſimum in nautis & maritimis. Alia ſpecies Herniæ eſt, quæ huic aſſimilatur, quantum ad eminentiam, quæ dicitur Relaxatio; Vnde Relaxatio eſt dilatatio didymi vltra ſuam naturalem ſtricturam cum deſcenſu Zirbi, vel Inteſtini per concauitatem eius ad partes ſubiectas, & aliquando vſque ad Teſticulos. Hæc euenit frequentiùs & potiſſimum in pueris, ob ſuperfluam humiditatem eorum, & neruorum mollitiem. Moderni denique ſiue recentiores Medici noſtri; Hernias in eo tumorum genere quod partis in alienam ſedem illapſu excitatur, ponentes, tres tantum proprias herniæ ſpecies è partium decubitu fientes admittunt, Inteſtinalem nimirum, Omentalem, & ex his Compoſitam, háſque ſolummodo Hernias completas, reliquas verò incompletas & apoſtemata appellant, quarum tamen differentias, affinitate quadam & loci affecti ratione apponere volui, quibus ſingulis pro varietate illapſæ materiæ, ſua ſunt impoſita nomina.

Hernia igitur completa eſt, cum Inteſtinum & Omentum in ſcrotum penetrant aperta tunica vaginali, ſeu peritonæo: & quidem ſi inteſtinum deſcendit, Ramex Inteſtinalis, ἐντεροκήλη ab ἔντερον inteſtinum & κήλη hernia, dicitur. Si verò Omentum, Ramex Zirbalis, ſeu Omentalis ἐπιπλοκήλη ab ἐπίπλοον Omentum, appellatur. Hernia incompleta eſt, cum Inteſtinum vel Omentum vltra Inguina non deſcendit, vt Inguinalis βουβωνοκήλη. Herniæ per ſimilitudinem & propriè Apoſtemata ſunt, quando vel à lento & aquoſo humore exiſtit tumor vt ὑδροκήλη, Ramex aquoſus, ab ὕδωρ aqua. Vel à flatu, vt πνευματοκήλη. Ramex flatulentus, ſeu ventoſus, à πνεῦμα flatus. Vel quando caro circa Teſticulum, vel in huius ſubſtantia concreſcit, σαρκοκήλη Ramex carnoſus appellatus, à Σὰρξ caro. Vel quando venæ quæ teſticulos nutriunt varicum more dilatantur, & vltra modum repletæ glomerantur, quod κιρσοκήλη ſeu Ramex varicoſus dicitur. His addatur etiam ſecundùm Neotericos quoſdam Hernia Humoralis, quæ tumor eſt ex plurium

humo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

humorum confusione in scroto, vel inter tunicas quæ testes vestiunt, sæpè etiam in propria testium substantia genitus. Aliquando etiam complicantur hi affectus, vt aqua cum spiritu descendat, aut simul cum omento, vt paulo ante diximus, intestinum delabatur, tunc & nomina eorum complicantur vt ἐντεροεπιπλοκήλη, ὑδροεντεροκήλη, ὑδροφυσοκήλη, ὑδροσαρκοκήλη &c. quorum causas, signa, prognostica & curationes, abundè satis explicabimus per simplices hernias, ita vt alio discursu in compositis non opus habituri simus. Antequam tamen vlteriùs progrediamur, Anatomiam partium scroti proponemus: Nam omnis artifex tenetur scire subiectum in quo operatur, aliter operando errat. Sed Chirurgus est artifex sanitatis corporis humani: ergo tenetur scire naturam & compositionem ipsius, & per consequens Anatomiam: eodem enim modo operatur cæcus in ligno & Chirurgus in corpore, quando Anatomiam ignorat: sed cæcus scindens lignum, sæpissimè (imò ferè semper) errat, resecando de illo plus quam debeat, vel

Chirurgus debet scire Anatomiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

minus Ergo ſimiliter Chirurgus quando Anatomiam ignorat. Inſtar enim ſunt tales malorum coquorum de quibus dixit Gal. in 2. therap. qui non ſecundum articulos incidunt, ſed terunt, quaſſant & diuellunt. Sequitur ergo neceſſarium eſſe Medicis, præcipuè Chirurgis ſcire Anatomiam. Qua ratione ductus, explicationem partium, in quibus & per quas Hernia fiat, præmittere volui.

Partium in quibus fit Hernia, explicatio.

Ex Anatome ergo conſtat internarum corporis cauitatum quamlibet membranis ſuis ſuccingi & veſtiri; quod ab opifice & à conformatrice hoc corpus Naturâ varijs de cauſis factum colligimus. Sic capitis internam cauitatem meningibus (piam & duram vócant matrem) obſepit. Quæ in pectoris vacuo ſunt, ſuccingente membrana coſtas muniuit: inferioris ventris contenta omnia peritonęis, potiſſimum vno inſigni, ita circumdedit, vt ijs ſaluis & integris, nihil excidere poſſit. In vtroque inguine perforatum hoc minime à naturâ fuit, ne quid patente viâ, & temere elapſum, valetudinis firmitatem, afficeret. Verum quandoquidem teſtibus

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

in inferiori extra corpus ſcroto locus de-ſtinatus fuerat, atque ob id ad conficien-dum ſemen deductioni ſanguinis & ſpiri-tus opus habebant; natura è membranâ iſta, vel peritonæo, exteriore potiſſimum productionem quandam conſimilis na-turæ & ſubſtantiæ, veluti canalem laxum eduxit, per quem vena & arteria, ductus ſeminarij ad teſtes deſcenderent, aſcen-derentque inde eiaculatores paraſtatæ, vt ad ſeminis eiectionem insererentur collo pudendi. In iſto canali ferè omnes cuiuſ-cunque naturæ Hernia fit, non vno qui-dem loco, ſed quædam altiùs firmantur, quando diligenti ægri cura cauetur, ne canalis is planè relaxatus, profundiùs il-labentem materiam excipiat, quod potiſ-ſimum in inteſtinorum & omenti hernia, quæ propriè herniæ ſunt, videre eſt: reli-quæ ferè inferiorem ſedem occupant. Occupant autem ſcrotum & Teſtes, qui ideo Teſtes à Latinis appellantur, quòd de virilitate & maſculo teſtentur animo; deteſtati verò dicantur, quibus exſecti ſunt teſtes; Græci nuncupant διδυμους à numero: aliàs ὄρχεις quod appetitum ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

venerea, quem ὄρεξιν dicunt, ſuggerant. Dextrum Hippoc. ἀῤῥενογόνον id eſt, Maſculinum, ſiniſtrum θηλυγόνον, hoc eſt, fœmininum appellat. Teſtium ſubſtantia Galeno σηραγγώδης, cauernoſa ſeu glandulosa: ſitus ipſorum in maſculis nemini noſtrûm non notus eſt; extra ventris enim cauitatem conſtituti, vaſis ſpermaticis, ſub penis radice appenſi. Forma ipſis ferè oualis. Magnitudo non omnibus indiuiduis par eſt; & ſiniſter plerumque dextro grandior. Tunicæ, Teſtes ambientes, triplicis exſiſtunt generis: aliæ teſtibus, cum omnibus corporis partibus; aliæ cum ſeminarijs ductibus tantùm communes; aliæ teſtibus propriæ. Toti corpori communes, cuticula, cutis, membrana carnoſa; quæ tres, ab oſſibus pubis dependentes, rugoſum illum teſticulorum ſacculum efficiunt, quem ὄσχεον Græci dicunt. Latini, à coriacei ſacculi ſimilitudine, ſcrotum; quibus omnia ex alutâ aut pelle confecta, ſcortea vocabantur; vnde ſcortei nummi, qui in corio ſignati: Tunicæ verò, teſtibus cum vaſis ſeminarijs communes, duæ deprehenduntur,

duntur, quarum prima à tendinibus musculorum abdominis, deorsùm laxatis, oritur, testes inuoluens; hanc Græci ἐρυθροειδῆ nominant, ab ἐρυθριάω quod significat rubeo, siquidem carneis intertexta fibris subrubeat; quæ coitionem postmodum facientes, fibræ, musculosos testiculorum cremasteres vocatos, coagmentant. Altera ab ea proficiscitur peritonæi productione, quæ, per foramina tendinum musculorum abdominis exulans vasa seminaria, amicit, in scrotúmque deuoluitur, ea Galeno δάρτος dicitur, fortassis à δάρτον quòd in eâ testes quasi cubent. Propria verò testiculorum tunica illa est, quæ proximè ipsos circumsepit; quam Vesalius, Columbus, Picolhominus ἐπιδίδυμον appellant. Inter vtrumque testem diaphragma quoddam est, veluti septum, seu membrana quædam tenuis extensa, quæ testes ne se inuicem collidant, separat. Hæ igitur sunt partes in quibus fit Hernia. Partes verò per quas, sunt Intestina Cæcum & Ileon, quæ duo, quomodo sola prolabi possint, & non etiam reliqua, paucis quoque animaduertes,

Partium per quas fit Hernia explanatio.

Sex numerantur Inteſtina, ſuis nominibus & officijs quibus funguntur diſtincta, Δωδεκαδάκτυλον ſeu Duodenum, Ieiunum, Ileon, Cæcum, Colon & Rectum. Cum tamen ab ore ad Podicem vnum ſit veluti inteſtinum ſibi continuum. Inteſtina Græcis ἔντερα nuncupantur, quod in interna corporis parte collocata ſint, quemadmodum apud rei herbariæ ſcriptores, nucleus cuiuſque fructus ἐντεριώνη vocatur, vt caro quæ nucleum ambit περικάρπιον appellatur. Ex his inteſtinis duo tantùm in ſcrotum prolabi poſſunt, Cæcum videlicet & Ileon. Duodenum enim & Rectum inteſtinum non poſſe in ſcrotum deſcendere ex Anatome ſatis eſt manifeſtum. Ieiunum verò hepati per venas meſaraicas appenſum eſt, & Colon ſuperioribus partibus alligatum, ita vt prolabi nequeant ſine laceratione vinculorum ſuorum, aut meſocolî interſtitij craſſorum inteſtinorum, quæ Græci κῶλα nominabant, vel meſaræi, hoc eſt, tenuium inteſtinorum interſtitij. Nam ijdem Græci inteſtina tenuia ἀραιὰς nominabant. Cæcum verò Græcis τυφλὸν

quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

quod est apophisis intestinorum in dextra parte, quoniam lubricum est & à reliquis seiunctum atque separatum, ideo facilè prolabitur in dextram scroti partem, laxata vel rupta peritonæo tunica qua cum alijs concluditur suóque loco continetur, & hęc est sententia Gal. Comment. ad aph.3.sect.4.l.6 Epid. vbi ait hóc solum intestinum Cæcum omni vinculo solutum esse, ob idque facilè in scrotum descendere. Aliud est intestinum Ileon dictum, quod in sinistram scroti partem, nonnunquam prolabitur, quando scilicet ictu, lapsu, casu, vocis contentione, aut retentione spiritus, vel pondere adeo laxatur, vt mesaræum disrumpat, quo cum cęteris intestinis connectitur, ipsámque etiam peritonæi tunicam. Sic enim tantum sinistrâ parte in scrotum illabitur, idque vel solum, vel cum epiploo etiam. Quamobrem duplex est ἐντεροκήλη seu intestini prolapsus. Vnus Cæci in latus dextrum scroti: alter Ilei in sinistrum. Quanquam fieri potest vt cum Ileon in latus sinistrum illapsum primum fuerit, postea etiam dextrũ occupet, totúmque

ſcrotum ipſum diſtentat. Patet ergo ex his omnibus, affectum hunc eſſe morbũ compoſitionis, quoniam eſt in quantitate aucta partis ramice affectæ.

Caput Secundum.

De cauſis Herniarum.

Cauſa Rupturæ & Relaxationis.

CAVSÆ herniarum ſunt duplices, externæ & internæ. Rupturæ & Relaxationis cauſa externa eſt, omne illud quod facit ad fortem expulſionem omenti, vel inteſtini, verſus partes ſubiectas, vt ſunt ſaltus, tum diſcus, tum lucta & iacula, curſus. Caſus, percuſſio, haſtiludium, clamor, vociferatio, retentio ſpiritus in fletu; hinc Concionatores, Cantores, Tubicines & pueri frequenter Rupturã incurrunt; Eſt autem illud Auicennæ dictum ſemper memoria tenendum, quod magnam longo tempore efficere vocem ſit timoroſum, quodque ex prædictis vocis exercitationibus ſæpenumero hernias, aliáſue crepaturas oriri contingat, ſicuti noſtrates Sacerdotes, aut Cantores

certam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

certam fidem facere poſſunt: Antiquitus enim qui vocis exercitijs operam dabant, balneis frequenter vtebantur: quorum beneficio peritonæum, ſcrotum, ac teſtium vtriculi humectabantur, ſicque emollita magis tuto extendebantur, neque faciliter diſcindebantur: noſtris autem temporibus minimè huiuſce generis remedijs vti facilè conceditur: vt hac ratione modum in vociferando ſiue cantando maiorem ſeruare neceſſe ſit. Pueri quoque apertiſſimam fidem faciunt, qui ſi interdũ nimis quam par ſit flendo, aut aliquo modo ſpiritum contineant, protinus ijs peritonæum ſcrotúmue diſrumpitur, & deinceps inteſtina delabentia, aut flatus interclusi, vix ſanabiles hernias pariunt. Quocirca qui peritonæum atque inteſtina exilia & fragilia ab ortu obtinuerunt, nullo pacto in retinendo ſpiritu exerceri debent, quoniam hæ partes in actione iſta vehementer contenduntur, & per conſequens, niſi robuſtæ ſint, citra multum laborem diuelluntur. Adhæc etiam rupturas, & relaxationes cauſare poſſunt, geſtatio grauis alicuius ponde-

ris,

tris, lapidum iactus, equo celeri currere, lanceis sese exercere, vt nobiles ac milites; potissimum hæc ipsa tam vehementia exercitia, post repletionem. In mulieribus quoque fit ob fœtus magnitudinē aut multitudinem. Alioqui rarò hernia laborant, quod peritonæum firmiùs continendo fœtui habeant. Oritur quoque malum post coitum superfluum, inordinatum, ac propter tussim fortem & laboriosam: & nihil æquè nocet ac coitus super repletionem, nam

Balnea, Vina, Venus, corrumpunt corpora nostra.
Ad vitam faciunt, Balnea, Vina, Venus.

Si fortes hæ causæ fuerint, ac violentæ, magis rupturam inferunt: Si debiles, accedentibus alijs causis internis, relaxationem inducunt; quamuis præcipua causa interna relaxationis sit humiditas excedens in partibus iam dictis, & humorum fluxiones ad easdem partes præcipuè debilitatas, defluentes, & quæcunque remolliunt & relaxant, & quamuis humiditas sit causa præparans, fortis tamen compressio omenti vel intestini perficiunt relaxationem.

Quantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Quantum verò ad particulares caufas attinet, vniufcuiufque fpeciei. Iuxta eos qui Græcos fequuntur. Herniæ inteftinorum vel inguinis, ficuti etiam Vmbilici fiunt, vel quod peritonæum plus æquo extenditur, vel quod rumpitur. Vtrumque ex violenta quadam occafione præcedente: nempe ictu aut faltu, aut clamore, aut immenfæ molis fublatione accidit. Aliæ caufæ nunc dictæ idem malum quoque inferunt. *Caufæ inteftinalis & inguinalis Herniæ.*

Aquofus verò ramex quandoque ex occulta, quandoque ex manifefta contingit caufa. Ex occulta quidem, quando exauctis vafis in fcroto contentis, aquofus humor propulfus, & fanguini permixtus, ad eas partes decubuerit. Ex euidẽti autẽ, quum propter ictũ collifis aut fractis vafis, fanguis fubinde alimenti ratione confluens, in aquofam, ferofámq; fubftantiã mutatur, quæ colligitur inter erythroidem & tefticulum, darton & erythroidem, aut etiam in fcroto. Et hæc hernia aquofa fi ex caufa interna ac latente originem habet, vt plurimum finiftram partem fcroti occupat, ferofúfque ille hu- *Caufa Aquofæ Herniæ.*

mor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

mor in membrana teſtem inuoluente erythroidea dicta colligitur: idque præcipuè fit rene ſiniſtro vt Dodonæus rectè annotauit malè affecto: quapropter ſeroſos humores non attrahens ad veſicam, mittens per venam ſeminariam; quæ iſto in latere & emulgente procedit, in membranam Erytroideam delabitur. Hæc hernia, aut ſimplex eſt, aut compoſita. Simplicem appello, in qua ſola aqua ſcrotum extendit; compoſitam, vbi circumcirca teſticulum materia putrida collecta, aut denique varices ortæ fuerint. Accedit & nonnunquam, Camerario teſte, aquoſæ hernię prolapſus inteſtini in ſcrotum, quod & nos obſeruauimus. Caro item ſæpiſſimè teſticulis & eorum tunicis adnaſcitur: ſeroſus enim humor iſte nonnunquam acris factus, venas capillares, membranaſque leniter erodit: hinc pars illa ſanguinis, quæ paulatim exſudat, quæque optima & laudabilis eſt, beneficio caloris innati in corneam ſubſtantiam concreſcit. Indureſcit autem ſenſim, propterea quod calor natiuus paulatim debilitatur. Interim tamen in illam aliquando

molem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

molem augetur atque accrescit, vt magnitudinem capitis humani excedat.

Hernia carnosa quam Græci Sarcocelen vocant, teste Gal: fit testiculo indurato, & vt idem testatur cum Scirrho conuenit. Causam verò, humorum crassorum ad testiculos decurrentium abundantiam, atque partis affectæ debilitatem esse, Guido & alij statuunt. Platerus, ex contusione vasorum spermaticorum in scroto, item ex succo è vasis illis luxuriante. Petrus Pigræus verò ex humore non naturali è venis exsudante, ac paulatim in carnis substantiam transeunte, fieri scribunt. At verò Vigo docet, per affluxum alicuius humoris fieri herniam carnosam, nempe cum huius materiæ subtilior pars propter calorem testiculorum in halitum resoluatur: quidquid verò crassum & viscosum est, remaneat, in Scirrhum tandem illam indurescere. Prædictæ porro causæ, etsi minimè reiiciendæ, attamen cur potiùs in dextro quam in sinistro testiculo locum habeant, nondum satis manifestum fit. Etenim potius circa sinistrum testem herniam carnosam gigni debere, nō immeritò cuipiam videri pos- *Causæ Herniæ carnosæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſit. Dexter enim teſticulus cum propt
vaſa â magnis vaſis eò delata, ſit calidi
ſiniſtro, ipſum robuſtiorem quoque eſſ
ſequitur. Ad calidum enim & ſiccum
temperamentum quod actionum robu
conſequatur omnibus in confeſſo eſt. Pc
tiùs itaq; circa ſiniſtrum teſticulum, q
dextro imbecillior eſt, ſanguinémque
impuriorem, vt idem Galenus teſtatur
ad ſe trahit, fluxum illum humorum de
labi, ac proinde carnoſam illam ſubſtan
tiam procreari poſſe, veriſimile eſſe mih
videtur. Iam verò cum rariſſimè obſerua
tum ſit, cauſam carnoſæ herniæ obſcu
ram eſſe cũ Paulo Ægineta ſtatuo. Quod
ſi tamen prædictas cauſas, retentionem &
alterationem, aut veluti corruptionem
quandam ſeminis, huius mali cauſam
quoque eſſe concedamus, non vſque
adeò difficilè erit cauſam inuenire, cur in
dextro teſticulo potiùs quam in ſiniſtro
gignatur. Huiuſmodi herniæ vtplurimũ
in Iuuenibus, qui ſanguine & ſemine
abundant, & in cœlibatu viuunt, accidere
ſolent. Raro autem fit ex ſiniſtra parte,
quandoquidem ſeminalis vena ſiniſtra,
non vena caua, quemadmodum dextra,
ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

sed ab emulgente sinistri renis exoritur. Itaque verisimile mihi planè esse videtur, cum semine ex vena emulgente nonnihil salsedinis & nitrositatis, quæ crassos viscososque humores incidat ac resoluat, exsiccet, & putredini aduersetur, ad sinistrum testem defluere.

Causa flatuosæ herniæ siue flatuum, est debilitas caloris in materia phlegmatica ad hoc disposita. Est enim & horum generatio ex ipsis humoribus phlegmaticis vel cibis, in vaporem resolutis à caliditate egena. Nam perfecta quidem infrigidatio, nullatenus vaporem efficit: quoniã non omnino attenuat, neque excoquit, neque dissoluit cibum. Fortis autem caliditas, multò valentior, plusquàm ad generationem vaporis subtiliat nutrimentum, nisi istud flatulentum fuerit natura. Tunc enim generatur quidẽ spiritus turbidus (qualem dicat quis caliginosum) & paucus, adeo vt vna eructatione euacuetur. Retinetur autẽ in loco vt dicit Auiceñ, propter spissitudinem membri, aut propter ipsius vaporis crassitiem. In scroto ergo flatus multi gignuntur à cruditate vel propria ob imbecillitatem caloris, vt

Causa Herniæ Flatuosæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

in attritu teſticulorum aut ſcroti, vel alie- na, & ex alterius morbi ſucceſſione, vt in diuturna dyſenteria, dyarrhæa & lienteria, itémque in Hydrope vniuerſi corporis ob propagationem materiæ. Scrotum etiam excipit tuſſiculares pulmonum & thoracis abſceſſus, vnde tumor in illo oboritur vel aquoſus, vel etiam flatuoſus, quoniam materia quę è pulmonibus non habuit anacatharſim, in ipſum ſcrotum delapſa eſt, vt annotauit Hipp.

Cauſæ Herniæ Varicoſæ. Herniæ varicoſæ cauſæ ſunt, humores Melancholici quando in ſcrotum influunt, teſticulorum venas dilatant & capreolorum more contorquent, quod nimia ſtatio mirum in modum cauſare poteſt. In ſtantibus enim graues humores citra difficultatem proruunt, & modo hernias, modo varices, modo vlcera generant, fouent & augent. Herniarum compoſitarum cauſæ, cum ex iam enarratis ſimplicium cauſis conſtent, facilè quiuis eaſdem colligere poterit, longiorem ergo diſcurſum tanquam fruſtraneum de ijs intermittens ad ſigna progrediar.

CAPVT

CAPVT TERTIVM.

De signis Herniarum.

CVM sit difficiliùs cognoscere morbum quam curare, signáque subinde sint valdè subtilia, nec sensibus tam patentia vt quilibet imperitus Empiricus in ijs iudicandis & internoscendis sufficere possit, sicque plurimos castrationi subijciant minimè defectuosos; quemadmodum ipsemet vidi tertio testiculo à natura præditos, quos tanquam hernia intestinali laborantes curabant. Alios quoque testes retractos in interiore parte pubis habentes, quos miserrimè, frustráque diu vexabant medicamentis repellentibus & ligaturis, tumorem illum compellere nitentes; cum tamen ijdem, postquam ab horum nequissimorum hominum remedijs destitissent, à nobis feliciter sine medicamentis curati fuerint; & quidem, solummodo remouendo emplastra & subligacula illa, quibus vexabantur, saltum cursúmque eis liberè permittendo, quo otiosè cessans promoueretur in scrotum testiculus. Testiculus etiam

Signa deceptiua Herniarum, quæ etiam peritum nisi attenderit decipere possunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſiniſter qui ordinariè dextrum in magnitudine excedit, plurimis ſuſpicionem herniæ inducit, quem proinde exſcindendum maximi nugatores iſti ſæpiſſimè perſuadere volunt. Multis quoque vehementi imaginatione libidinoſis colligitur ſemen inter tunicas teſticuli, quod tamen ab impoſtoribus his pro Sarcocele aut Hydrocele iudicatur. Tactu denique ſæpè decipiuntur, dum illos ſubinde durities alicuius Hydroceles, in ſuſpicionem Sarcoceles aut Enteroceles trahit. Non abſimile iudicium hic Monachij Lanio quidam nomine Bader, morte ſua expertus eſt. Is cum hernia omentali laboraret, deteſtandum aliquem circumforaneum (nomen non prodam) adiuit, conſilium ab eo percepturus; promptus erat impoſtor ille in diuinando, conſideratóque ſcroti tumore & habitu corporis qui erat athleticus, infallibiliter pro Hydrocele agnouit, ignorans quid eſſet omentum, multo minus hernia omentalis; plenis ergo buccis aureos montes promittens, ſe defectum hunc per ſectionem ſine omni difficultate citò, tutè & iucundè curaturum ei perſuaſit. De pretio ergo conuenien-

Hiſtoria prima de ſignis Herniarum.

uenientes (quod ordinariè primum esse debet) diem sectionis instituunt, interim dies noctésque simul potitantes. Lucescente ergo die illa constituta, miser lanio balneo imponitur, fit præparatio omniũ rerum, quoque animosior & insensibilior esset ad operationem (potiùs dicam ad mortem) sustinendam, ei integra mensura vini maluatici ebibenda propinatur; ebibit miser, seq; operationi subijcit. Hic homo meus prius debito more membris ligatis, incipit operari, dissectísque membranis illis, dum maximam copiam aquæ expectat, omentum copiosè prorumpit; perterritus ergo quod hoc contra iudicium suum accideret, ignoransque quid rei esset, magis ac magis omentum extrahit, simúlque venas quibus alias in ventre alligatum est disrumpit; vnde tota cauitas ventris sanguine repleta est. Quid ille? cum se casu tam insperato & tantis angustijs circumdatum videret, omentum ligat, portionem extractam abscindit, vulneríque aliquid superponit, ne verò in hoc homicidio à senatu deprehenderetur, ægrum iam propè extinctum deserit, & ipse in puncto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Historia secunda de signis Hermsarũ

clàm ciuitatem egreditur; interim duabus horis poſt, patiens moritur. Idem homicida cum poſt aliquot menſes redijſſet, ſecundum homicidium in alio Lanione, Wagenſail nomine, perpetrauit. Erant huic inteſtina in ſcrotum prolapſa, ex retentione fæcum inflammata & etiã eroſa, ita vt excrementa per vlcus illud ſecernerentur, vnde febris, aliáque grauiſſima ſymptomata ægrum infeſtabant. Doloris ergo & moleſtiæ huius amplius impatiens Agyrtam ſupradictum vocat, ſéque diſſuadentibus alijs (ſine dubio ex rudiori aliqua familia natus) obſtinaci animo ſectioni exponit. Quid fit? ſecatur, cúmque iam omnia ſalua eſſe opinarentur, Lanio extinguitur: licet enim repoſitis inteſtinis in abdomen (quod tamen ſumma vi fieri debuit) membranas per quas prolapſa fuêre ligauerit, non tamen vulnus inteſtinorum ab eroſione cauſatum, ideo conſolidatum fuit; ſed etiam in abdomine excrementa exitum inuenêre, quæ poſtmodum collecta, inflammationem partibus circumiacentibus, febrem acutiſſimam, & denique mortem ipſam intulerunt. Mortuo ergo

ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſic lanione, homicida ſecundâ vice impunè cælum mutauit,

Hactenus ergo indicaui deceptiua & incerta ſigna, quæ etiam peritum ſubindè in ſuſpicionem herniæ inducere poſſent. Explicabo iam vera & quamlibet ſpeciem herniæ indicantia ſigna; quibus bene obſeruatis, facilè erit vnam ab altera diſtinguere & internoſcere, ne quid pro quo & hernia omentalis pro inteſtinali, vel aquoſa pro carnoſa iudicetur & poſtea curetur.

Signum ergo commune omni ſpeciei herniæ, eſt eminentia & additio augmentata. Ruptiones verò à laxationibus differunt, quod Rupturæ in lateribus Ilei fiant, poſt ictum aut ſaltum vehementem, vel corpus contorquendo, nec in his appareat magnus tumor in principio, ſed progreſſu temporis: magis enim ac magis peritonæum diſrumpitur, tumórque immenſæ magnitudinis in ſumma cute eminet, quia inteſtina extra peritonæum dilabuntur, & à ſolâ cute ſuſtinentur, vnde conſequitur dolor pungens & quaſi lacerans: prolapſa enim non ſine dolore reducuntur; quoniam membra habent *Signa vera & communia Herniarũ*

ſenſum acutum. Relaxationes autem eueniunt ſolummodo circa foramen, per quod vaſa & muſculi cremaſteres ad teſtes deſcendunt, & licet prolapſa reducantur, non dolent, quouis modo contractetur relaxatio, Inguinis verò & ſcroti Ramici, vtrique notæ communes ſunt: conſpicuus enim in ſcroto aut inguine, tumor eſt, qui in exercitijs, itinere, ſpiritus retentione, alijſque occaſionibus maior quam ante euadit; compreſſus tardè quidem recurrit, celeriter autem rurſus deuoluitur. Habent etiam ſigna ſibi propria. Nam hernia inteſtinalis augetur vel minuitur ratione materiæ collectæ. Inteſtinum ægro quieſcente vel reſupinato rurſum retrahitur, & in loco permanet, aliquando pars altera in ſcroto reſidet, tumore vel cibi ſatietate creſcit, frigore contrahitur: Inteſtinum clamore relaxatur, ſcrotum relucet, & multum diſtentum apparet, magíſque in vna quam in altera parte. Aliquando tactu diſcernuntur excrementa indurata. Cum autem remouetur inteſtinum, & ad inguen retruditur, ſentitur flatulentum murmur. Tumor autem ſine in-

Signa propria Herniarum, & quidē Herniæ inteſtinalis.

flam-

flammatione, si intestinum descenderit, non minuitur; modo increscit, si ambulauerint; mane detumescit, estque sine dolore cum quiescunt; aut iacet ex toto interdum. Pueris præsertim desidet clamore, satietate vel pondere crescit, frigore contrahitur, calore diffunditur; scrotúmque est rotundum, est & tactu lene: si comprimitur, ad inguē diuertitur seu reuertitur, dimissúmque iterum cum quodam murmure deuoluitur. Hernia inguinalis nobis indicabitur, quando Ileon vel Omentum rupto peritonæo in inguine exeant, tumórque ibi remaneat, nec perueniat ad scrotū; in ipso nimirum inguine affectu existente. Dignoscitur Intestinalis ab Omentali hernia, quod Epiplocele sit tumor permanens, nec minuatur, sed semper perseueret, siue ieiunet, siue corpus huc & illuc moueatur, aut quouis modo collocetur. Si verò retineatur spiritus, non adeo increscit, tactu inæqualis, mollis & lubricus sentitur. *Signa Herniæ inguinalis.*

Sarcocele siue hernia carnosa dignoscitur tumore, duritie, & colore vbique sui simili. Est enim tumor rotundus, oblongus, durus, testiculi formam referens *Signa Herniæ carnosæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ac pededentim auctus. Quibus duobus ab Enterocele distinguitur, quæ mollior est & repentè oborta. Cognoscitur ergo carnea Hernia tactu duro, & vt alij dicũt, paulatim nigrescit, ac sine dolore est. Si autem tumor in scirrhum coalescat, nec dolor vllus, nec sensus adest: si maligni referat naturam, dolor vrget punctorius.

Signa herniæ Varicosæ.

Circoceles siue Varicosi ramicis signa desumes ex venis testiculum nutrientibus, quando intumescunt. Sentitur diuersitas tumorum & paruitas in epididymo & vasis spermaticis, quæ sunt veluti conglomerata & intorta. Cognoscitur autem hæc, quia si apponatur manus ad testes, apprehendentur plurima vasa vel massa filorum; nam illi adest maximum inuolucrum ex plurimis venis & pluribus fibris, vti si essent intestina parua, & istæ sunt crebræ herniæ, sed non insignes. Ista autem varicosa hernia solet esse dolorosa certis temporibus: nam Vere & Autumno, & eo tempore, quo intestina turgent flatibus, solent dolere ob dilatationem venarum illarum vt in esu fructuum & ciborum ventosorum, & in frigore pedum excitantur dolores in her-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

nia iſta varicoſa, quia materia aliqua fla-
tulenta deuenit ad illa vaſa.

Quod autem ad Hydrocelen attinet, ſeu herniam aquoſam, primo in ea cognoſcenda omnis aditus lucis intercludatur, & obiecta candela cerea videatur nunquid pelluceat. Eſt enim durities, quæ plenitudine & tenſione fallit, vt videatur eſſe carnoſa aut inteſtinalis, ſed pelluciditas rarò non, vt dixi, fraudem detegit; ſed quia pelluciditas etiam conuenit flatuoſæ; ad leuitatem reſpiciendum. Nam aquoſa obſcurior eſt & grauior quam flatuoſa. Vbi verò conſtiterit de aqua, videndum quo loco contineatur. Qua in re Veteres ſatis perplexi & confuſi videntur. Galen. de tumoribus ſcribit, in tunicis, quæ teſtes ambiunt, contineri. Paulus, in corporibus ſcrotũ implicantibus. Celſus, integris membranis colligi. Alij, ruptis etiam & relaxatis. Alij, modo intra tunicas, modo intra membranas. Si inter tunicas, vel inter ſummam & mediam, vel mediam & imam. De loco certè & ad prædictionem, & ad curationem non eſt ambigendum. Nam aliquando in ſuperficiali *Signa Herniæ Aquoſæ.*

ſcroto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſcroto (vt interpres Hollerij annotauit) continetur aliquando profundiùs. Sed cum teſticulus duabus tunicis inſignibus inuoluatur, erythroide, quam ſequitur dartos, ferè ſemper Hydrocele fit, vel inter has duas, vel in toto ſcroto. Hic totum ſcrotum intumeſcit ſine rugis, veſicę inflatæ ſimile: illis tumor tantum in teſticulo percipitur, videtúrque rotundus & tenſus, rugato & laxiore ſcroto; quod & in multis ſeorſim quoque animaduertimus. Aliquando, vt Paulus ſcribit, peculiari quadam tunica humor ille comprehenditur, quæ ſupernaſcitur, veluti atheroma quoddam, aut ſteatoma, vt videatur eſſe tertius teſticulus. Aquoſi igitur ramicis communis nota eſt, tumor dolore vacans, firmus ac ſtabilis in ſcroto, quacunque tandem occaſione, non euaneſcens; ſed in ijs, qui modicum continent humorem, cedens; in illis, qui copioſum habent, non item. At in quibus erythroides tunica humore diſtenta eſt, tumor rotundus paululum, & oui modo longiuſculus apparet. His teſticulus in conſpectum non venit, vt qui vndiquaque ſit implicitus. Si extra erytroidem mem-

bra-

branam, ſub darto habetur, per pauca corpora ſublabitur, teſticulúſque intra notas tactui occurrit. At ſi humor in membrana ſuperadnata coierit, propter contractionem ex omni parte, & rotunditatem, tumor alterius teſticuli imaginem præbet. Eadem ferè habet Rondeletius. Interea in Hydrocele tumor cum grauitate eſt, & cachexia; & ijs notis à Pneumatocele diſtinguitur.

Sed cum & alius humor præter aquam ibidem contineri poſſit, ideo Neoterici his herniam humoralem adiecerunt, quæ fit per modum congeſtionis & defluxionis. Ita & fieri volunt herniam ſanguineam, quamuis rarò in criticis tranſmutationibus ægritudinum ſanguinearum; idque ex cibis calidis humidíſque ſanguinem multiplicantibus: cuius ſigna ſunt, tenſio notabilis in loco, caliditas, humiditáſque quæ tactu percipiuntur, partim rubedo, & pulſatio, & ferè ſemper fit cum inflammatione & Apoſtemate. Materiam quoque purulentam fœtidiſſimi odoris varijque coloris, inſtárque atheromatis & ſteatomatis continet. *Signa Herniæ humoralis.*

Hernia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Signa Herniæ Ventosæ. Hernia ventosa siue Pneumatocele non magnoperè increscit, actúque sonum elidit, inæqualis est, mollis ac lubrica, quæ neque pondere fatigat ægrum. Sæpè soli flatus hanc herniam repræsentant. Id recens natis pueris sæpè contingit, & facilè discutitur: est enim in ea quidam rugitus, & mouetur ventositas ab vna parte ad aliam. Breuibus in Pneumatocele, similia sunt omnia vt in Hydrocele, nisi quod perspicuitas & leuitas maior adest, quia dilatatio fit à flatulento spiritu. Fit aliquando vel in quatuor vasis testiculos alentibus, vel in arterijs darton intercurrentibus. Ille durior, nec compressu digitorum euanescit, recipítque curationem: hic oppresso digito intro recurrit, & euanescit, víxque curatur, periculo ab incessabili sanguinis profluuio imminente. Fit sine Hydrope & cum Hydrope.

CAPVT

Capvt Qvartvm.

De Præsagijs & Prognosticis Herniarum.

Herniam Intestinalem omnium specierum periculosissimam esse, non est quod dubitemus. Cúmque duæ sint eius species, quæ ab Ileo accidit longè periculosior est, & calamitosior, quàm quæ Cæci fit prolapsu. Hæc enim curationem recipit in pueris (quibus familiaris est) vsque ad vigesimum quintum ætatis annum, quando videlicet nondum ad iustam magnitudinem peruenerunt: post hoc tempus si accidat est insanabilis & cum homine consenescit & commoritur. In illis verò qui adhuc crescunt, simul atque prolapsum est Cæcum intestinum, in suum locum debet restitui & restitutum in eo contineri, viáque per quam delapsum fuerat adstringente fotu angustior effici, vt aucto cum toto corpore intestino, idem accidat quod Vulpeculæ illi, de qua Horatius lib. 1. Epist.

Intestinalis Hernia periculosior est ab Ilei, quàm à cæci prolapsu.

Fortè per angustam tenuis Vulpecula rimam
Repserat in cameram frumenti, pastáque rursus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Ire foras pleno tendebat corpore, frustrà:
Cui mustela procul: si vis, ait, effugere istinc
Macra cauum repetas arctum quem macra subisti.

Ilei verò prolapsus est ferè insanabilis, quia ab hoc intercipitur distributio alimenti & chyli, stercorísque secretio, quod Ilei officium est ad vitam tuendam necessarium. Præterea grauissimus dolor excitatur & inflammatur, indéque gangræna ipsius intestini. In cuius affectionis Sympathiam trahuntur omnes partes, quarum officio vita carere nequit. Hinc tandem fit Ileus morbus, qui vulgò Miserere mei appellatur, & huic succedit vomitus chyli, aut stercoris, tanquam symptoma quod mortem in propinquo esse denuntiat. Quibusdam inde singultuosæ febres, in quibus reposito intestino mors acceleratur. Experientia etiam docuit paulò post mori, quibus vi reponitur. Iam quoque, licet incisione multi curentur, quamplures etiam periclitantur: ideo est dubia & affirmatoria curatio: quia aliquando superuenit spasmus & conuulsio, aliquando febris, subinde & fluxus sanguinis: quare plurimi in manibus Cursorum moriuntur. Considerandum

randum etiam est, quod scissi vel incisi, à quibus vnus aufertur testiculus, licet in iuuentute generent, in senectute vis eorum generatiua deficit: quia senes cum duobus testiculis modicum habent seminis, multò minus cum vno. Neque hoc omittendum, rupturam, cuius descensus est inter pellem & didymum, nisi succurratur à principio intra quindecim aut viginti dies, post non curari. Vnde mirum planè est Lanfrancum dixisse, se curasse Medicinis sexagenarium aliquem, & alium quadragenarium, à magnâ & completâ rupturâ. Et si in herniâ aquosâ testiculi diu remanent, in aquâ citrinâ malæ qualitatis acquisitæ. Timendum est de corruptione, vel putrefactione eorum, vel vnius. Et quamuis melioratio citò appareat, post oschei apertionem & aquæ extractionem cum ferro; tamen nisi aliter prouideatur cum correctione malæ intemperiei, & remotione cacochymiæ, & frequentibus purgationibus, & debito regimine, citò alia post aquam priorem expulsam reuertitur.

Testiculorum corruptio in Hernia aquosa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Carnosa Hernia absque sectione aut causticis medicamentis, nō potest curari.

Itaque Herniæ quædam aliæ curantur, aliæ autem difficulter, aliæ verò nullam admittunt curationem; vt Carnosa, si sit insignis, nullo modo potest curari, sed castratione testis, aut causticis auferendus est; iuxta illud Montagnanę Consilium 227. de hernia carnosa, rubr. 4. qui ita scribit: cum autem hæc ægritudo pertransierit tempus primæ partis augmenti vniuersalis, valdè difficilis redditur eius curatio; & propriè quando peruenerit vsque ad medium status inclusiuè: tunc ergo propter mirabile eius augmentum tantum debilitata est virtus & non potest regere medicinas locales sufficienter exsiccatiuas. Etiam repercussiuæ medicinæ hoc tempore non sunt necessariæ: eo quod materia tota fluxit, & ægritudo iam transierit ad augmentum, imo plurimum aucta. Huic etiam malo parum aut nihil conferunt medicinæ digestiuæ & euacuatiuæ, propter prædictas causas: quare localibus medicinis non oportet insistere: quia non conferunt etiam solum calefaciendo, resoluendo & exsiccando: imò oportet eas esse causticas, raro & paulatim applicatas, vt successiuè

dispo-

disponant magnificatas partes oſchei. Cirſocele ſeu Ramex varicoſus, curationem aliam non admittit, quam per Chirurgiam, verum non ita eſt moleſta, vt Epiplocele.

Cirſocele per Chirurgiam ſolummodo curari poteſt.

Omenti Ramex difficile curari poteſt; vix enim, ob tenuitatem & mollitiem, omentum reperiri poteſt, & cedit impellenti, ſi reducatur. Hinc, vt referunt quidam, Epiploon ob mollitiem vix reducitur. Neoterici & Barbari hæc adijciunt. Ruptura Siphah in pueris & mulieribus, & omnibus humidam temperaturam habentibus per naturam, & propriè ſanguineis & carnoſis, eſt facilis curationis: adultis verò, ſenibus, tum ſiccis per naturam, difficilis. Ruptura quoque recens & parua & in qua nihil deſcendit in oſcheum, ſed tumor ſolum in inguinibus nuper accidit, facilis eſt curationis; Antiqua verò hernia & magna, in qua teſticuli ſunt inflati, atque inguina, difficulter curationem recipit. Aquoſa verò ſubinde tollitur, ſubinde non, & prænuntiat Hydropem, Aſcitem, & in ea ſæpè adeſt. Ventoſa verò ſubinde Tympanitem præſagit. Et ſi vaſa teſticulos alentia affecta

Omenti Ramex ægrè curatur.

Ruptura recens facilis eſt curationis.

Antiqua verò difficilis.

Aquoſa ſicut etiã Ventoſa Herniã ſubinde curabilis, ſubinde non.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſint, curationem recipiunt, ſi verò Arteriæ Darton intercurrentes occupatę ſint, non curatur morbus. Recens etiam natis puerulis ſæpè contingit, faciléque diſcutitur. Interea Aquoſa eſt deterior Ventosâ, ſicut Aſcites Tympanite: nam & in herniâ aquosâ peccat ſecunda digeſtio: vt in ea enim hepar læditur, & rectificari debet vnguentis emplaſtríſque calidis ſtypticis, ita Stomachus in Ventosâ. Inſuper hernia aquoſa valdè magna & excedens cum vrinâ paucâ, rubeâ, vel diuerſos colores habente, ſecundam regionem, infimam & ſupremam, mortalis eſt iuxta Bertrutium.

Gordoni Præſagia de Herniis. Gordonius hæc præſagia commemorat. Omnes rupturæ facilè curantur in principio, maximè verò in pueris. Varicoſa difficilis curationis eſt. De inteſtinali dico tantum; à quâ, vbi adeo fuerit diuturna & antiqua vt labia vulneris interiùs indurata fuerint, ne conglutinatio fieri poſſet, nunquam vidi aliquem curari, niſi Chirurgiâ; & tamen frequenter feci multa. Et licet multa promittamus, pauca tamen attendimus. Ideo vbi fuerint labia indurata & calloſa, non poſſunt am-

pliùs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

pliùs verè vniri: cum fuerim ego ſedulus inquiſitor, & nunquam tamen potui aliquam herniam curare, ſi ruptura multum proceſſerat, & paſſio non erat in principio, ſed manu Chirurgicâ bene id vidi: multos interea etiam periclitari in manibus Reſtauratorum; quia perforabant inteſtina, vnde excrementa egrediebantur, & ægri moriebantur. A falſis igitur promiſſionibus caueamus. Hæc Gordonius. Crepatura frequentiùs accidit pueris, quo ad relaxationẽ, iuuenibus frequentiùs ex violentâ tenſione; ſenibus ex humorum ſuperfluitate. Hoc etiã addendum, quod potiſſimũ contingat nautis, præcipuè piſcatoribus, & illis, qui in mari, ſeu Oceano piſcantur, eo quod perpetuò ſint madidi, & maximè laborent cōmouendo corpus: quod quidẽ ſcientes Reſtauratores, pagos maritimos accedũt, cum ibi multos hernioſos eſſe cognoſcãt.

Valeſcus idem refert, quod & alij, ſcilicet Rupturam atque Relaxationem valdè antiquam incurabilem eſſe, niſi Chirurgi experti opere curetur. Recenti verò tam relaxationi quam rupturæ & in principio facilè ſuccurritur. In *Valeſci Præſagiæ de Ramicibus.*

relaxationis initio apparet in inguine ad modum nucis quædam eminentia : at quia tunc nullam infert noxam, aut aggrauationem, fit, vt ferè nullus hoc malum Medico oſtendat, vel ſi oſtendat, velit monita ipſius exequi, aut tempus curationis expectare, & ſic quaſi inſenſibiliter pedetentim augmentatur, donec in veram herniam aut rupturam tranſeat. Præterea omnis ruptus, aut relaxatus, perfectè conſiſtit ſemper in periculo, ſi in tempore ſibi non prouideat; eo quod inteſtinum monoculum deſcendat in oſcheum per foramen relaxationis, vel rupturæ; in quo ſi fæces reuoluantur, nunquam vel rarò, retrocedet; & ſic moritur æger. Ruptura ſeu relaxatio in tenella ætate, cum cinctura apta, & requie in lecto, tum deſiccantibus, faciliùs curatur, quam in alia ætate; cum adhuc caro augeatur, & membra ætate procedente magis roborentur.

Auicennæ præſagia de Hernijs. Ramex Inteſtinalis & Zirbalis ex mente Auic. difficulter curantur, licet exigui; aquoſus facilè, quamuis magnus. At ruptura ſupra Vmbilicum mala infert accidentia, licet ſit exigua ac ſine dolore in

prin-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

principio: quia illud quod in ea propellitur, ſunt inteſtina gracilia, quæ ibidem ſunt compreſſa & coarctata; ideo ſemper retinetur, & quandoque excrementa euomunt, vti accidit in Ileo: hinc ſymptomata grauiſſima, vt de Exemphalo & Ileo diximus.

Denique qui cacochymum, imbecillémque vel ſenem aut guloſum, aut intemperantem præſumpſerit per inciſionem curare, manifeſtiſſimè deſiderat homicida nuncupari. Interea hernia Zirbalis non eſt tanti periculi ſicuti inteſtinalis, quia non contingit Zirbum ſicuti inteſtina fęcibus iuduratis impleri. Semper ergo eius curatio eſt ambigua & periculoſa (vt dicit Albuc.) de ſpaſmo propter dolorem, de fluxu ſanguinis propter inciſionem, de læſione inteſtini propter corroſionem, de amiſſione generationis propter teſticulum. Et hæc de præſagijs & prognoſticis ſufficiant. Ad Curationem progredientes. *Albucaſis præſagia de Hernijs*

CAPVT QVINTVM.

De Curatione Herniarum in genere.

Curationes Herniarum ab Indicationibus petendæ.

QVEMADMODVM reliquorum morborum, ita & Herniarum curationes ab indicationibus petuntur. Etenim an fieri possint, indicant tum causæ, maximè Materialis & Formalis, mediata & immediata. Tum accidentia, videlicet, Tempus, Ætas, Situs, Natura, Magnitudo morbi. Quid fieri debeat, indicat morbus, id est ruptura, quæ sui vnitionem indicat: quod fiet partim Victus ratione institutâ secundum qualitatem contrariam & quantitatē debitam; partim Chirurgiâ, quæ aut Sectione aut Puncturâ aut Vstione tam causticis actualibus quā potentialibus perficitur; partim Medicamentis vel intrinsecùs adhibitis, vel extrinsecùs applicatis; partim sine Medicamentis, vt subligaculis. De quibus omnibus magnam varietatem proponam, quando iam statim de singulis in particulari tractabo, vt omnibus patere possit, hactenus nouum aliquem modum curandi Hernias à Circulatoribus istis non

fuisse

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

fuiſſe excogitatum, multò minùs inuentum. Quid enim lepidiùs? quam quod curationem herniarum per cauſticum potentiale, ab ipſis nouiter inuentam eſſe iactitent, cum tamen Arabibus (tacebo de alijs noſtri æui) non fuerit incognita. Quemadmodũ Ætius Tetrabibli quartæ ſermo. 11. de herniâ aquosâ, cap. xxij. fol. 766. modum hunc per cineres radicis braſſicæ vſtæ diſtinctiſſimè proponit. Verùm alios habent modos, craſſiſſimi iſti nugatores, quibus hernias pellere volunt; nimirum per characteriſmos, & remedijs occultâ proprietate, per Sympathiam & Antipathiam agentibus, per amuleta etiam, & ſancta verba, denique per transplantationem, vt vocant, quemadmodum ex ſequentibus patebit.

Curatio Herniarũ per Cauſticum Potentionale non eſt nouiter inueuta.

Modi illiciti curandi Hernias.

Erſtlichen ſolle man ein new gelegtes Ey/ das erſt vom Neſt kompt/ vnd noch warm iſt/ nemmen/ damit ſolle man den Bruch etlich mal beſtreichen/ alßdann gehen zu einem Lindenbaum/ vnd die Rinden vom Stam̃ aufflupffen/ vnd mit einem groſſen Neber ein Loch darein boren/ ſo groß/ daß das Ey hinein mag/ darnach ſoll man das Ey gantz hinein ſchieben/ vnd dann die Rinden wider

Curatio Herniarũ per Tranſplantationem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

für das Loch thun/ daß mans nicht sehe/ vnd mit Baumwachs Salben wol verstreichen/ welches aber zu seiner gewisen Zeit beschehen muß. Wann nun deß Baums Rinden wider zusamen wächst/ so verwächst auch der Bruch/ da soll man ein Monat still halten/ vnd was dann noch herauß gehet/ mit frischen Bäumen/ weiter wie folgt/ procediren. Als drey Tag vor dem newen Mon/ in derselben stundt wann er eintretten will/ vnd new wird/ soll man in einen Eychbaum hinein boren/ biß auff den Kern/ vnnd die Spän herauß nemmen/ vnd gestossen in einem Säcklein in derselben stundt zugleich vber den Schaden legen/ also drey Tag ligen lassen/ biß der Mond new wird/ da sollen alßdann die Spän wider abgenommen/ vnd ehe die Stundt zu end laufft/ in das vorige Loch gethan/ darauß mans genommen/ alßdann einen eychnen Kegel vorgeschlagen/ vnd mit Kühekoth verschmieret/ wachst der Schad im zunemmen/ so solls im newen Mond geschehen/ wächst er aber im abnemmen/ so solls ebenfalls in derselben Stund gebraucht werden. Auff dises procediren soll man abermals/ wann die Rinden verwachsen/ einen Monat jnhalten. Alßdann mit dem dritten

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Baum / wann nemblichen noch etwas außfällt / also procediren. Der Patient solle von seinem Haupt / vnd andern Orten / wo Haar wächst / sonderlichen an dem loco affecto, die obersten Spitzl von dem Haar mit einer Scheer lassen abnemmen / vnd die Nägel an Füssen vnd Händen dazu thun / vnd in ein Büschelein binden / alßdann gehn zu einem Eychbaum / vnd ein Loch hinein boren / vnd die Haar vnd die Nägel darein thun / gar tieff biß in den Kern / vnd einen eychenen Keyl darfür gar fest schlagen / vnd das Loch verkleiben. So bald das Loch verwächst / so verwächst auch der Schade ꝛc.

Aliæ Curationes sunt per Signaturam Magicam. Für den Carnüffel: Nim̃ ein roten Schnecken / bind jhn auff den Carnüffel / also daß er die Nasen oben gegen deß Krancken Bauch wende. Laß jhn darob biß er stirbt / darnach nim̃ Nadel vnd Faden / zeuchs jhm durch die Nasen / vnd henck jhn an ein Hol vber das Fewr / daß er gar einschmorre. Vnd wie der Schneck einschmorret vnd abnim̃t / also nim̃t auch der Schad ab / vnd gehet hinweg. So der Schad alt were / so magst du es einmal oder drey thun / vñ sonderlich so der Mon im abnemmen ist. *Curationes per signaturã Magicã.*

Dicunt

Dicunt remedium hoc conuenire ob ſignaturam Magicam, quæ ineſt animalibus quæ ſe extendunt & contrahunt. Alij findunt quercum, fiſſuram retinent bene apertam, per eam pueros hernioſos tribus vel quatuor vicibus mittunt, additis certis quibuſdam verbis & coniurationibus. His nugis ſibi perſuadent hernias poſſe curari, non abſimiles ijs qui in lethali Pleuritide, confeſtim lanionũ cultros è carnificinâ, ægrotantis potui immergunt, vt (quoniam hi cultri confoſſionis ſunt inſtrumenta) crebrior lateris punctura horum virtute pelleretur ac ceſſaret. Si quis alius per hæmorrhagiam copioſiùs ſanguinem fundit (quod in ſectione herniarum etiam ſæpiſſimè contingit) ſceptri à iudice ſupra necis rerum ſententiam ferentis diffracti fruſtum in manibus tenere iubent. Ad ſpaſmum, quod Symptoma in caſtratis peſſimum eſt, & plerumque occidit quando vulneri ſuperuenit, annulos è ferreis ſuſpenſorum furûm armillis fabricatos digitis inſerunt. Ad capitis dolores & Hemicranias, multis & magnis cæremonijs plumbum liquefactum per chartam duplica-

tam minutis foraminibus peruiam effundunt, atque ex illâ figurâ frustulorum, & particularum casu effictarum multa præsagiunt, sicque acutos & punctorios seu pungitiuos capitis dolores (quos ipsi ineptè sagittarios & iaculatorios cruciatus **Das Hauptgeschos** / nominare consueuerunt) sese tollere posse arbitrantur: aut forficem agnis tondendis destinatam sub ægri culcitrâ, seu puluinari religiosè collocant. Catharros autem nouis aut recens lotis & mundatis indusijs imprecantur: Gibbos cum certâ quadam præfatione ad Lunam exponunt, eíque super isthâc suâ miseriâ conqueruntur. Atrophiam membrorum, resectâ è membro marcescente particulâ, salici suo tempore includunt, & sic morbum ab homine in arborem transferunt. Ad aphtas pomi arboris germina, per os diducta, fumi vaporis siccanda suspendunt. In febribus Vngues certâ lege abscissos fluuialis cancri dorso alligãt, quem rursus in amnem demittunt. Persicariam torrentis liquore prolutam vulneribus paulisper adhibẽt, quã deinde magnoperè occupati profundè sepeliũt. Morbum regiũ auferre aggre-

diun

diuntur Icterici vrinam cauo Sambuci trunco indentes, eámque sic ad ignem, donec in vaporem abeat & omninò absumatur, excoquentes: Alij ex hac pultes addita farina coquunt, aut placentas canibus obijciendas pinsunt, vt ab homine id mali in bestiam transeat. Ad Erysipelata Sambuci flores trinâ hebdomade semper die Veneris esitatas celebrant. Singultum inuerso pane seu cultro quietant. Febres itidem obolari pretio diuendunt, aut ex ægri vrinâ paratâ pulte ictterum vna cum febre in canem qui hoc pastus fuerit, transferunt, paroxismorum numerum à leprosis stipem petentibus sciscitantur, quid multa? nullus ferè morbus est, ad quem curandum sordidi hi artifices paratissimi ac liberè non accedant, ita vt etiam nugas suas maria tranare, aëra petere, regiones peruolare, compita verò quam facillimè transire, & saltus omnes leui modo transilire posse arbitrentur, sibíque penitùs persuadeat.

Explosio Curationum illicitarum. Quoniam verò eiusmodi friuolæ curationes, quia in naturalis veritatis latitudine nullo fulcimento & stabilitate nituntur, à peritioribus & saniorem doctrinam

sectan-

ſectantibus viris, vanitatem, falſitatémque hanc oppidò notantibus, vel derideantur vel negligantur, & à legitimarum medicationum ſtructurâ penitùs excludantur. Igitur nugas has mittentes, methodicè procedemus, initium facientes ab Enteroceles curatione.

CAPVT SEXTVM.

De Curatione Enteroceles & Epiploceles per Victus rationem, pérque medicamenta ſimplicia quæ aſſumuntur & admouentur.

DIxi antea omnem curationem indicationibus ſuis perfici debere, & ideo an fieri poſſit ex capite quarto, tum ex morbi ſpecie, tempore & ſitu tanquam indicantibus ſatis ſupérque intelleximus. Primo ex morbi ſpecie. Quod Enterocele omnium periculoſiſſima ſit, præſertim ſi reduci nequeat: & quibuſdam repoſito inteſtino, ſingultuoſæ febres, & tandem mors ſecutæ ſint: quibuſdam non repoſito, gangræna. Epiplocele verò ob mollitiem vix reducatur. Secundo ex Tempore. Sic Enterocelem recentem curari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

medicamentis, antiquatam non curari, nisi per Chirurgiam. Tertio ex situ. Quod Enterocele sinistrâ parte grauior, vbi Colon conuolutum desinit in Rectum, & multa intestina tenuia incumbunt. Iam verò quid fieri debeat in harum curatione, tum morbus, tum causa morbi indicat. Morbus quidem, quod descensus Intestini, vel Omenti, priùs in locum suum sit reponendus. Itaque decocto maluæ priùs intestino mollificato, quod sæpissimè sequenti clystere & sacculis feliciter effecimus.

Repositio Intestinorũ in Enterocele.

Clyster ad repositionem intestinorum.

℞. Rad. & Fol. Maluarum
Altheæ.
Fol. Violarum
Betæ
Parietariæ ana Mj.
Flor. Chamomeli.
Meliloti.
Sambuci ana M ß.
Sem. Fœnugræci
Lini ana ℥ ß.
Anisi
Fæniculi ana ℥ j.

Coquantur ad tertias. Calaturæ sume ℥ v. in quibus dissolue

El.

El. Diacathol. ℥ß.
Vitell. Ouor. N°. ij,
Ol. Chamomel.
Anethini
Butyri recent ana ℥ ij.
†. Enema

quod inijciatur. Conficiantur quoque sacculi duo, ex radicibus, herbis, floribus & seminibus eiusdem Enematis, qui vice versa semper calidi scroto applicentur. Deinde cruribus elatis & diductis, Intestinum vel Omentum sensim reducatur, atque reductum statim subligaculo, vel idoneis ligamentis seu fascijs ex panniculis, vel ligno, vel ferro, sed ita vt interiori parte, quà scrotum contingunt & inguen, molliore corpore inducantur, de quibus fusè satis tractabimus, retineatur. *Sacculi pro repositione intestinorum.*

Causa verò morbi indicat: videlicet Ruptura vel Relaxatio: quod hæc constringenda, illa verò conglutinanda, quod fiet partim Victus ratione, partim Medicamentis, partim Chirurgia. Victus ratio ordinata esse debet secun-

Diæta qualis sit obseruanda in Enterocele.

dum quantitatem debitam. Sic conuenit diæta tenuis, & inedia, & ſecundum qualitatem contrariam: aſtringentem ſcilicet & conſolidantem. Quare conuenit quies ad multos dies. Cubatio in molli lecto, qua ſola, hernias curari poſſe Guilielmi Fabricij Hildani obſeruatio Chirurgica LIV. Cent. V. teſtatur; in qua tale ponit exemplum. Generoſus quidam Bernenſis Sexagenarius, ſed optimo corporis habitu præditus, præterquam, quòd doloribus podagricis ab aliquot annis obnoxius fuerat, ſpatio viginti annorum inſigni ac maximâ hernia inteſtinali laborauerat, ad quam curandam cùm me, tum alios in Gallia, & alibi expertiſſimos adhibuerat Medicos & Chirurgos, ſed fruſtra. Tandem cum de ſanitate recuperanda, ne quidem cogitaret amplius, & ſubligaculis, ne ingraueſceret malum, vteretur, in morbum incidit Anno 1618. à quo vltra menſes ſex lecto affixus fuit. Poſt morbum hunc ne minimum quidem indicium præcedentis herniæ ſenſit, nec amplius vtitur ſplenijs aut ſubligaculis. Ex his manifeſtum fit, quietem & decubitum in dorſo, vnicam eſſe Panacæam

hernia-

herniarum. Cibus ſit boni ſucci, & ſubaſtringens. Aluus lubrica. In egerendo manum apprimere pubi & ſcroto ne quid recidat. Nocet verò, quidquid anhelitum reſpirationémque citatiorem efficere valet. Itaque curſus, ſaltus, cantus, clamor, ploratus, etiam effuſior riſus, ſuſpectus eſſe debet. Omnis corporis labor vehementior, potiſſimum qui conatu & niſu quodam ſubiri debet, & maximè coitus fugiendus. Cauendum quoque à quouis valido motu, & ab exercitijs validioribus, maximè repleto corpore. A vectatione equorum duriter gradientium, & ab ephippio anguſtiore ac duriore, à ſtapedibus longiùs productis. Quin omnibus modis non equitandũ, niſi neceſſitas fuerit, idque non niſi equo paulatim progrediente & molliter incedente, nec hoc poſt cibum aut potum pręſertim affluentiùs aſſumptum. Deſtillationes in pectus, omníſque tuſſis cauſa præcidenda. Si quando tuſſiendum erit; item quotieſcunque aluus egerenda, maximè ſi ea durior fuerit, inguen oblæſum retinendum, atque vtrâque, vel ſaltem alterâ manu adducendum comprimendúmque. In cibo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

cuncta quæ ventrem flatibus implere nata sunt, & distendunt, vitanda. Itaque omnis leguminum vsus fugiendus; fructus horarij, poma, pyra fugacia, olera cruda, rapæ, fabæ, fasceoli, lentes, lacticinia pleraque in cibis haud admittenda. Item panis crudus & azymus, carnes porcinæ & pisces, caseus, lac: non potent aquam puram, neque vinum nouum. Aqua ferrata, vinum crassum, stypticum competit eis. Balnea aquarum dulcium nocent. Auster & pluuia grauant ipsos. Item nocent quæ pinguia sunt, quæ difficulter concoquuntur. Et vt paucis dicam, omnis cruditas vitanda, & quæ ventriculum ita afficiunt, quo minus cibum concoquat. In ijs sunt cibus & potus superfluus, aut minor, illegitimo quoque tempore, inordinatè sumptus, crapula, vigiliæ nimiæ, nocturnæ lucubrationes, pedum frigus, & quidquid eius generis est, quod aut coctiones cibi labefactat, atque ista ratione, aut alio modo ventrem flatibus implet aut distendit. Præstat cibis admisceri quæ flatus mediocriter discutiunt. Teneant ventrem laxum suppositorijs, clysteribus, cassiâ,

ta-

tamarindis aut catholicone. In omnibus cibarijs ponant ſaluiam: poſt eorum comeſtionem vtantur tragæa ſeminum, in qua ſit Naſturtium, Coriandrum, & id genus. Et hæc quoad victus rationem.

Quantum ad medicamenta: in hac curatione varia vſurpantur, & quædam aſſumuntur, quædam admouentur, quæ partim ſunt ſimplicia partim compoſita. De ſimplicibus ſolummodo in hoc capite tractabimus. Itaque in veteri medicina obſeruatum eſt, non omnes aſtringentes, vulnerarias & conſolidantes herbas in inguinum hernijs, ſed peculiares quaſdam adhibitas, nimirum quæ eleganter, ſine acrimonia & caliditate inſigni exſiccent, ſubamaræ ſint & leuiter acerbæ: in quibus tamen tantum acrimoniæ ſit, quantum deducendæ in altum acerbitati ſatis eſſe poſſit. Sic, ſi memini, Dioſcoridi & Galeno maximè probantur cupreſſi pillulæ. Quinquefolium item, Equiſetíque radix & folia aſſumpta: Punicorum cortices: Symphytum petræum (quod hoc tempore minus notum) Aloe item in Emplaſtro, aut cataplaſmate appoſita, atque hæc quidem conueniunt.

Medicamēta ſimplicia quæ Hernias curāt Antiquis obſernata.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Medicamenta simplicia ad hernias sanandas à Recentioribus inuenta.

Verùm posterior ætas multò plura & verè probatiora inuenit, & addidit istis Symphytum maius, Consolidam maiorem rectè vocant, æquipollens viribus petræo, si efficaciùs non est. Ita Consolidas reliquas, inter quas probatissima est Sanicula: Item Vrsi auricula in vmbrosis montibus nascens. Addunt Consolidas, mediam & minorem. Iaceam vtramque, albam & nigram dictam; inter has alba principatum obtinet, herba Trinitatis, à triplici elegantium florum colore dicitur. Sigillum Salomonis, quod arbitrantur Polygonatum esse. Veteres Quinquefolium in hoc affectu, vt dixi, & non immeritò laudarunt. Huic congeneres Diapensiam, & Tormentillam posteriores in isto casu assumpsere. Filicem norunt veteres siccandi facultate, sine morsu præditam, quæ licet amara sint, cum pauca astrictione, non tamen huic affectui curando adhibuerunt: posteriores ipsius in ea re efficaciam miris modis prædicarunt, quomodocunque exhibeatur: potissimum fœminæ radix illis probatur, cuius aqua destillata in potu exhibetur salubriter, & maximè eius, quæ

Osmun-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Oſmunda dicitur. Dioſcorides Hippoglоſſum (Bislinguam vocant Itali) quidem nouit, efficaciam verò ipſius in hoc affectu non agnoſcit: cum tamen recentiores affirment, iſtius puluerem aliquandiu in Conſolidæ radicis decocto potum Enterocelas perſanare, tam euidenti efficacia, vt primis aſſumptionis ipſius diebus laxatum, vel apertum inguen exactè aptis faſcijs, & ſplenio firmetur, firmatúmque contineatur, ne quid damni detur ab iſtius vſu imprudenti. Auricula muris, dicta herba, non Dioſcoridis, ſed quam vulgo Piloſellam vocant, Antiquis, vt videtur, ignota, inteſtinorum hernias percurare certum eſt. In Maio collectæ herbæ integræ puluerem infantibus, imò pueris hernioſis, continuò in cibis, in lacticinijs, puerilibúſque pultibus ſeu pulticulis exhibitum, comperi mirum in modum profuiſſe. Experimento item comprobatũ, Lunariæ minoris nominatæ puluiſculum in decocto Conſolidæ, vel vino rubro ad tempus exhibitum, pueros potiſſimum curare. Perfoliata dicta inſignis herba, antiquis haud nominata, etiamſi characteriſmo & naturæ ſi-

gnaculo in folijs, quæ à ſtipitibus mediâ perforantur, publicè propoſita & deſignata, vt in hoc affectu ſingularem latura opem, videatur: quocunque modo vel in vino decocta, vel in puluere, vel in aqua ipſius deſtillata exhibita, rupturas ſanat. Scribit Tragus, ſe in hoc affectu huius ſemen ipſis pueris in lacteis cibis vtiliter exhibere. Noui qui hunc affectum nouem ex ordine diebus, cinere lactantis leporis in vino rubro, vel decocto conſolidæ maioris exhibito ſanarunt. Caſparus Peucerus, vir doctrinâ inſignis, narrauit ſæpè, ſe puerorum hernias, recentis coagulati, & in caſeum formati lactis impoſitione ſanaſſe. Sed enarrandis ſimplicibus, quæ prior, tum & poſterior ætas hernijs percurandis deſtinauit, longior ſum: neque tamen omnia proſequor, præcipua ſolummodo indicaſſe contentus. Itaque finem facio, ſi vnum hoc addidero, quod paucis abhinc annis celebrari cœpit, Herniariam vocant, exiguam herbam, cuius mirabilem efficaciam in curandis inteſtinorum hernijs prædicant, vnde ipſi nomen dederunt. Scribit Hollerius celebris Medicus, ſe ipſius herbulæ ſucco expreſſo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

affuſo vino exhibuiſſe, nouémque diebus perfectè hunc morbum percuraſſe. Antonius Valetius Medicus, qui luculentis exercitationibus Hollerij praxin ornauit, & auxit, cap. LXII. teſtatur, aquæ ſtillatitiæ eius herbæ vnico hauſtu percuratum Pariſijs adoleſcentem in Gymnaſio Haricuriano, cui citatior ſaltus inſignem herniã induxerat, adhibito tamen, quod ibidem ſcribit, emplaſtro. Hanc plerique Hollerianam vocant, quod fortè is inter primos in hoc affectu iſtius efficaciam obſeruauit, aut ea plurimum fuerit vſus: in hoc gratis animis perpetuam nominis aliàs doctiſſimis ſcriptis celeberrimi viri memoriam in iſta herbula conſecrantes.

Præſcripta omnia hæc, pleráque ex ſimplici Medicina deſumpta remedia, propriè dictis hernijs, in quibus peritonæum lacerum, vel cum producto inde canali laxatum, vt aut inteſtinum Ileon aut Omentum deſcendentia excipiant, ritè tam exterius admota, quàm intro aſſumta prodeſſe mirificè poſſunt: neque ſolum pueros eo modo percurare: verum etiam adultiores ſanare certum eſt.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

De Curatione Enteroceles & Epiploceles per Medicamenta composita.

COMMVNIS opinio eſt Medicorum, tunc demum ad Chirurgiam in curatione herniarum deueniendum eſſe, quando medicamentis & inunctionibus, ſacculis, decoctionibus, potionibúſque conſolidantibus, emplaſtris acceratis, ligamentis, ſubligaculis &c. pelli non poſſunt; tunc enim auxilijs non deſtituti finem illum quem blandioribus ac mitioribus non potuimus, vehementioribus & crudelioribus aſſequi cogimur. Et planè licet ſecuriſſimæ viæ curandi Hernias, etiam per Chirurgiam habeantur, tamen quilibet mauult illas non experiri, & potiùs neſcio quid magna cum moleſtia & nauſea aſſumere, modo per hunc modum, licet moleſtiorem, incertiorem & inſtabiliorem, poſſit curari. Verum eſt, quod multi ſine Chirurgia fuerint curati & adhuc curentur, non tamen niſi pueri & ij qui vitam tranquillam agunt, ij etiam quibus recenter relaxatio aut Ruptura

conti-

cotingit. Non autem illi qui in laboribus degunt & corpore minus tenero sunt: tunc enim curatio hæc rarissimè stabilis est, & ex minima tensione aut alia causa, antiquus redit defectus. Vt autem sciamus, quomodo in hac curatione procedendum sit, videamus sequentia.

Intentio ergo curatiua in prolapsu Intestinorum & Omenti, siue Hernia Intestinali & Omentali, per medicamenta composita, tribus absoluitur Scopis. Principaliter cum euacuatione: Secundo introductione Intestini vel Zirbi, in ventrem: Tertio cum claudentibus foramen per quod exit Intestinum vel Zirbus.

Intentio curatiua Intest & Oment. Hernia tribus absoluitur Scopis.

Quantum ad primum, perficitur euacuatione humorum aliquando pituitosorum, si adsint, vel etiam excrementorum in intestinis existentium & ventositatum, antequam Intestina, vel Zirbus, in locum suum reducantur. Atque hæc euacuatio fit, vel per superiora sumendo per os; vel per inferiora clystere leniente, cui addatur aliquid quod pituitam in intestinis hærentem educat; vt hoc modo.

Euacuatio in Intestinali Hernia.

℞.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Clisteres pro Intestinali Herniæ.

℞. Decoct. commun. ℔.j.
in quo bullierit rad. altheæ M j.
in eo dissolue.
Sacchari rubei ℥ i ß.
Mellis ros. colati.
Cassiæ ana ℥ j.
Hieræ picræ ʒ v j.
Ol. chamom. vel commun. ℥ iij.
Salis communis ʒ, j.

Si in intestinis sint fæces, hoc leniente vtendum.

℞. Herb. Maluæ
Betæ
Rad. Altheæ ana M j.

bulliant in S. q. aquæ ad consumpt. medietatis, colentur. Colaturæ accipe ℔ j, vel ℔ i ß, in qua dissol.

Sacchari rub. ʒ ij.
Cassiæ ℥ j.
Ol.. communis ℥ iij.
Salis communis ʒ, j.

Quo ad secundam intentionem medicam, videndum an intestinum fæcibus sit repletum, aut ventositate, vt Intestina vel Zirbus, immitti non possint: fæces hic emolliendæ, oleo communi cum pecijs calefactis, vel alijs iam dictis, tam diu impositis, donec fæces mollificentur: iisque remollitis, tentandum per Chirurgum vt leniter impellatur Intesti-

num,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

num, & non ſimul, ſed pededentim & per interualla. Si Ventoſitas ſit impedimento, fotus fiant hoc modo.

Fotus emolliens.

℞. Flor. Chamomil. Meliloti
Anethi, Parietariæ ana M j.
Sem. Lini
Fœnugræc. ana ℥ ß.

bulliant in S.q. aquæ, fiat fotus cum ſpongia, & poſt fomentationem, oleo chamom. & liliaceo fiat inunctio, & intromittatur quantum fieri poteſt.

Tertium reſtat, foramen claudere poſt introductionē. Præſtabant hoc conſolidātia & reſtringētia per fotus, hoc modo.

Fotus conſolidans & aſtringens.

℞. Flor. roſ. rub.
Myrtil.
Sumachi
Hypociſt.
Gallarum. Nucum Cupreſſi
& foliornm eius ana M j. vel ß.
Rad. Conſolidæ maior & minor.
Herb. Hyperici
Arthriticæ ana M ß.

Contundantur craſſo modo & bulliant in aq. Plantaginis & vino rub. ſtyptico æqualibus partibus, cū quarta parte aceti, ad conſumptionē medietatis, & ſpongia quater quinquiēſue foueatur, & locus poſtea exſiccatus inungatur hoc Vnguento.

℞.

Vnguentum consolidans.

℞. Ol. Hyperici
Abietini
Omphacini,
Myrtini ana ℥ß.
Cort. Thuris
Mastichis
Malicorij
Mumiæ
Boli Arm.
Sang. Draco.
Sarcocollæ ana ℈j.

Emplastra consolidantia

Puluerisanda puluerisentur, & cum prædictis oleis & exiguo Ceræ fiat Vnctio, qua inungatur locus. Vel hoc Emplastrū applicetur consolidans. Pro pueris.

℞. Olei Abietini ℥ß.
Bol. Oriental.
Aloes,
Myrrhæ ana ℈j.
Ceræ parum
M. †. Ceratum.

In Adultioribus verò.

℞. Thuris masculi
Sarcocollæ
Aloes Succotrinæ
Mumiæ
Aristoloch. rotundæ,
longæ.
Consolidæ maior.
Nucum Cypressi
Vermium terrest ana ʒ ij aliàs ℥j.

Litharg.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Litharg.
Opopanicis
Bdellij
Ammoniaci
Galbani
Maſtichis
Terebinth
Sanguinis humani ana ℥j.
Glutinis piſcium
Viſci quercini ʒvj
Pellis Arietinæ ℥ß.

depilatæ in aceto; & in aqua pluuiali de-coct. vſque ad liquefactionem; diſſoluan-tur gummi in aceto; pulueriſanda pulue-riſentur, & in glutinibus liquefactis. F. Emplaſtrum pro Ruptura.

Itaque reducto ſic inteſtino, atque ita compoſito, ne quid eius, vel aliquid ex omento extuberet, quod fiſſuram inter-nam dehiſcere faciat, vel eam protrudat, quo minus extrema peritonæi labia con-iungi & coire queant, omni quoque im-pedimento, è prædicto iam canali re-moto, ita vt reſtringi colligaríque poſſit, ægro ad aliquot dies reſupinato & decumbente, curatio hoc modo conti-nuanda. Primum faſciæ aptæ, ſeu ſubli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

gaculum concinnum, quod corporis partes, quibus circundari debet, non nimiũ premat, comparandum, cum annexo puluinari aut ſplenio triquetro in formam maiuſculæ litteræ græcæ Δ. Iſtud quidem ſolidum erit, vt renitatur, verum ita compactum, vt intus mollius ſit, leue, in ſimo latere leuiter conuexum, ſeu ad inguinis naturalem extuberantiam, leniter cauum, ita vt aptè partem excipiat, firmétque, ne aut nimis comprimendo introrſum trudat, dolorémque conciliet, aut nimia laxitate extuberantiam admittat. Hoc in omni hernia ſananda, aut ſaltem ne augeatur retinenda, ſed maximè in ea, quæ rupto peritonæo facta eſt, diligenter obſeruandum. Nam ſplenij rotundioris, aut breuioris, vel alio modo inepti vſu, non ſolùm ſanitatem impeditam obſeruaui, ſed grauiùs ſæpè malum inſecutum comperi. Emplaſtrum ergo illud Pittatio Triquetro ad inguinis formam inducendum, & æqualiter linitum ſplenio (quod faſciæ annexum inguen ne dehiſcat, aut laxetur, continere debet) ſubdendum, vt totum iguen contegat, prius nudato

loco

loco pilis. Interea etiam talis potio consolidans exhiberi poterit. vt

℞. Radicum Bistortæ
Narcissi ana ℥ j.
Consolidæ vtriusque
Qninquefolij
Rubiæ ana ℥ ß.
Hypocistidis, Polygoni ana M i ß.
Sebesten. N°. X.
Dactylorum paria i v.
Myrob. Chebulorum
Citrinorum
Indorum ana ʒ j.
Sem. Anisi
Nasturtij ana ʒ i j.
Flor. rosarum,
Anthos
Cyperi ana P j.

Potiones Consolidantes.

fiat decoctio in vino & aqua & in ℔ i j. dissolue mellis ros. & sacchari ana p. æ. fiátque Syrupus de quo capiat æger ℥ i v. mane stomacho ieiuno, alui excrementis priùs depositis. Laudatur etiam iste potus mirum in modum.

℞. Rad. Consol. maior.
Fol, Consol. minor.
mediæ

Fol. Plantag. Latifolij
Lanceolæ
Rad. Valerianæ
Pimpinell.
Fol. Millefol.
Tanaceti
Gallitrici
Nucum Cupreſſi ana ℥j.
Maſticis
Maceris
Cinnam.
Cumini præparati ana ʒj.
Rhabarb. aſſati. ʒij.

Vini Maluatici q. S. M. & f. decoctio, cuius doſis ſint ℥iij. vel iiij. quotidie matutina hora cum ſaccharo, & hoc vſque ad quadraginta dies vti poſſumus. Vel ſequenti Vino.

Vinum Medicatū conſolidans.

℞. Herb. Alchimill.
Ophiogloſſ.
Nummular.
Fragar.
Auricul. mur.
Veron.
Arthemiſ.
Scolopendr.
Perfoliat. ana M j.
Virgæ aureæ, vel Solidaginis Miß.
Rad. Cichor.

Tormen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Tormentill.
Bistort.
Vincetoxici id est Hirundinariæ ana ℥ j.
Perfoliat ℥ ß.
Cort. Citri ʒ i ß.
Sem. Anisi,
Fæniculi ana. ʒ i i j.
Coriandri præpar. ʒ j.
Cinnamom. ana ʒ j.
Flor. Borrag.
Bugloss. ana ʒ i j.
Rosar. incar. M i j.
Pruneol. Syluestr. ʒ i ß.
Galang. ʒ i j.
Passul. enucleat. ℥ i ß.
M. pro Vino

Infunde in s. q. Vini optimi, de quo bibat æger singulis diebus ℥ i v. vel v. circa tertiam pomeridianam. Vel si malueris tale Electuarium. vt

℞. Conseruæ. rosarum antiquæ
Symphyti ana ℥ j.
Florum Saluiæ
Acori ana ℥ ß.
Troch. de Carabe,
vel de Spodio
vel de Bolo ʒ i i j.
Blattæ Bizantiæ vstæ & in aqua caudæ equinæ lotæ ʒ i j.

Electuarium consolidans.

Cum Syrupo Cotoneorum, fiat Electua-

 rium:

rium: de quo capiat æger ad quantitatem nucis, superbibendo parum vini rubri. Extrinseca quædam medicamenta etiam placuit addere, Fomentum, Inunctionem & Emplastra. Pro fomento vti poterimus sequentibus vt.

Fomentũ astringens & consolidans.

℞. Rad. Bistortæ
Pentaphylli
Rad. Rubiæ
Chelidoniæ ana M ß.
Herniariæ, Polygoni,
Hypocistidis ana M j.
Cumini vsti,
Nasturtij torrefacti ana ℥ j.
Flor. stœchados
Anthos ana P j.
Rorismarini
Centaurij minor ana P ij.

fiat decoctio in aqua & vino astringenti, qua foueatur pars affecta. Linimentum tale parari poterit, quo pars affecta quotidie mane inungi debet.

Linimentum consolidãs & astringẽs.

℞. Ol. Myrtini ʒ j.
Mastichini ℥ ß.
Axungiæ ceruinæ ʒ iij.
Succi rad. Symphiti extrahendi per Vinum austerum nigrum ℥ j.
Succi rad. & folior. Crassulæ maioris extrahendi eodem modo ℥ ß.

Rad,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Rad. Tormentil. vel
Bistortæ
Nucum Cupressi ana ʒ i ß.

Coquantur lento igne, vel in duplici vase ad succorum ferè consumtionem, coletur leuiter exprimendo, & adde Olei Hyperici nouo modo compositi ʒ i ß. Ol. spicæ, si odorem ferre potes, paucas guttas. M. pro linimento. Oleum Hyperici quod nouiter compositum est, per se illitum subinde calidum, mirum in modum in hoc affectu efficax atque vtile compertum est, quemadmodum in omnibus alijs ruptis, conuulsis, recens vulneratis, maximè vbi membranæ aut neruosi generis aliquid oblæsum est. Oleum Hyperici hoc esto.

℞. Olei optimi ℔ i ß
Sem. & flor. Hyperici ℥ ix.
Vini Hispanici vel Maluatici ℥ viij.
Rad. Tormentillæ ʒ iij.
Myrrhæ
Gum. Elemi,
Sarcocollæ,
Thuris,
Aloes epaticæ ana ʒ i ß.
Lumbricor. lotor. Vino. ℥ iij.
M. S. a.

Olei Hyperici nouo modo compositi descriptio.

Contusa bulliant ad humidi consumtionem in duplici vase, deinde exprimendo coletur oleum. In eo dissolue Croci ℈ iiij. Ol. Abietini (resinam vel lachrymam abietis vocant) vel eius loco terebinthinæ puræ ℔ ß flor. maturorum Hyperici M j. Infunde mista per dies sex aut octo ad solem diligenter obturata, solis calore deficiente, post panem extractum imponatur furno, deinde diligenter prioribus floribus expressis, infundantur secundo, tertio & quarto, alij recentes Hyperici flores prioribus exemptis, atque ita comparatum oleum adseruetur in vsus.

Emplastra alia sunt Vsualia, alia minus Vsualia. Vsualia sunt, vt Empl. de pelle arietina, & Empl. contra Rupturam, cuius hæ sunt descriptiones. Primum ex pelle arietina dictum.

Emplastrum de pelle Arietina.

℞. Litargyrij
Lapidis Hæmatitis
Sanguinis draconis,
Boli Armeni,
Opij,
Masticis
Ammoniaci
Mumiæ
Galbani

Thuris
Costi
Lumbricorum ana ʒß.
Picis nigræ
Picis Græcæ.
Ceræ albæ
rubræ ana ʒj.
Rad. Consol. maior.
minor. ana ʒiij.
Rosarum rubrarum
Myrrhæ
Aloes an. gr. xviij.
Succi Hypocistidis
Gallarum immaturarum,
Balaustiorum
Aristolochiæ rotundæ ana ʒvj.
Visci quercini
Terebinthinæ ana ʒij.
Sang. hominis rufi. ℥ix.

Fit autem in hunc modum. Pellem Arietinam integram cum omnibus pilis coques in aqua, donec ferè omnino dissoluta sit in lentorem quendam: quem colabis. Huius colaturæ sume ℔j. immitte in vas nouum, in quo viscus liquabis igni lento, rudicula semper agitando: inijce deinde lumbricos, postea ceram, terebinthinam, & masticem: his liquatis adde gummi aceto dissoluta: & coque ad ce-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

rati craſſitiem: poſtremò inijce quæ terenda ſunt: probè trita: probè miſceto & confice magdalias. Altera contra Rupturam commune hoc eſt.

Emplaſtrũ contrà Rupturã commune.

℞. Picis naualis
Aloes ana ℥ iij.
Litargyrij,
Ceræ rubræ
Colophoniæ
Galbani
Ammoniaci an. ℥ ij.
Viſci quercini ℥ vj.
Gypſi
Ariſtolochiæ longæ,
rotundæ.
Myrrhæ
Thuris ana ℥ vj.
Terebinthinæ ℥ ij.
Vermium Terreſtrium
Gallarum ana ℥ iv.
Conſolidæ vtriuſque
Boli armeni ana ℥ ß.
Sang. draconis ℔ j.

Conficiatur hoc modo. Sumatur primò Viſcum quercinum, bulliat in aqua decoctionis pellis arietinæ recentis, quæ tamen antea fuerit decocta per diem & noctem. Amoueatur poſtea ab igne, addantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

tur terebinthina, lithargyrium, colophonia, maſtix, thus, vermes, myrrha, galbanum, & ammoniacum: paulo poſt conſolida maior & minor, gypſum & Bolus armenus. Imponantur denuò igni, addantúrque, ſanguis draconis, Ariſtolochia longa & rotunda; vltimò Aloe. Spatula continuò agitentur donec craſceſcant. Signum decoctionis perfectæ erit, quando digitis non amplius adhærebit. Effundatur tunc decoctum ſupra frigidum marmor inunctum oleo violaceo, manibúſque malaxetur. Teratur iterum in mortario per duos vel tres dies vſuíque reſeruetur.

Minus Vſualia ſunt, vt.

℞. Balauſtiorum ℥ i ß.
Gallarum ℥ ß.
Rad. Aſphodeli
Narciſſi ana ℥ i ß.

Emplaſtra alia contra Herniam minus vſualia.

coquantur in Vino, tundantur & f. Empl.

Aliud.

℞. Thuris
Maſtichis
Sarcocollæ
Acaciæ
Lap. hæmatitis,

Mumiæ

Mumiæ.
Tragacanthi.
Gummi arabici.
Terræ ſigillatæ ana ʒ i i j.
Boli armeni,
Gallarum
Lithargyrij
Balauſtiorum
Nucis Cupreſſi
Malicorij.
Ariſtolochiæ longæ
rotundæ
Cort. Thuris
Roſarum
Rad. Conſol. vtriuſque
Orobi, Siliginis.
Sambuci, Cyperi ana ℥ ß.
Picis naualis ʒ i i ß.
Colophoniæ.
Reſinæ pini
Terebinthinæ ana ℥ j.
Viſci quercini ℥ i ß.
Ceræ ʒ i j.
Pilorum Leporis vſtorum ℥ ß.
Olei in quo ficus pingues coxerint ℥ ß.
f Magdaleon.

Aliud.

℞. Maſticis, Myrrhæ.
Cort. Thuris,
Nucum Cupreſſi,
Sarcocollæ,
Glutinis piſcis ana ℥ ß.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Gluten in aceto diſſoluatur, reliqua trita miſceantur. Aliud.

℞. Maſticis
Sarcocollæ
Sanguinis draconis
Aloes
Blattæ bizantiæ
Cort. Thuris.
Boli Armeni.
Gypſi. Gallarum ana ʒij.
Ichthyocollæ. (ana ℥ij.
Taurocollæ in aceto diſſolutarum.

Malaxentur & f Empl. Et hæc de compoſitis medicamentis ſufficiant.

Tria adhuc magna ſecreta reſtant pro hernijs ſanandis. Primum Aetius proponit. Iubet papyrum in aqua triduo macerari, atque in globulum coactam inguini apponi, repoſito prius inteſtino. Nam triduana adhæſione remediũ id à delapſu vindicare ſcribit. Erit verò, vt reor, efficaciùs ſi non in communi, ſed in aqua aliqua adſtringente, parata ex cortice granatorum, nucibus cupreſſi, gallarum, alumine rochæ, cauda equina, ſumachio, berber. in aqua fabrorum incoctis, papyrus maceretur. Profectò eiuſmodi reme- *Secreta ad Hernias ſanandas.*

diorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

diorum ope multi ſanantur, & caſtratorum manibus teſticulorum puerilium auidis, ob magnum inde lucrum, eripiuntur. Doloſo illi commento, parentibus perſuadent, immedicabilem eſſe inteſtini in ſcrotum prolapſum: quod tamen falſum eſſe conuincit experientia, ſi eo quo diximus modo cura adminiſtretur, laxato præſertim, tantum ac non rupto peritonæo; nam eius proceſſus quo tanquam decliui via inteſtino lapſus eſt, temporis & ætatis progreſſu, arctatur & conſtringitur, dum interim inteſtina incraſſantur.

Alterum eſt Chirurgi alicuius, qui Magnetem in tenuiſſimum pollinem redigebat, & in polenta exhibebat. Inde verò inguen qua præcipitabatur inteſtinum, melle inungebat, & ſubtili ferri limatura aſpergebat, id genus remedij per decem aut duodecim dies adminiſtrabat, parte de cætero faſcia & ſubligaculo vt decet conſtricta. Remedij illius efficacia ex eo pendere videtur, quòd Magnes inſita à natura ferri quod inguini aſperſum eſt attrahendi cupiditate, impetu quodam violento, carnoſas & adipoſas particulas

culas interiectas ſibi adiungit: quæ peritonæi laxitatem vndique comprimentes & conſtringentes, imò ex ſucceſſu temporis hæſu tenaci ipſi ſe adiungentes, viam lapſuro inteſtino vel omento intercipiunt: quod non magis à ratione abhorrens videri debet, quàm quod intuemur ipſum magnetem per interiecti tabulati craſſitiem ferrum poſt ſe hac illac diſtrahere. Affirmabat idem Chirurgus ſequens remedium frequenter & feliciter à ſe vſurpatum: limaces rubros fictili incluſos in furno cinefaciebat, collectúmque inde puluerem infantulis, in polenta, prouectioribus in iuſculis exhibebat.

CAPVT OCTAVVM.

De Subligaculis.

DIXIMVS in præcedentibus capitibus, quomodo Inteſtina & Omentum in ſcrotum prolapſa ſint reponēda, repoſita verò conſtringenda & conglutinãda, tam per medicamenta quæ aſſumũtur, quam quæ admouentur. Videamus nunc quomodo eadē ſint retinenda per ſubligacula

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

&retinacula cingula &c. quæ ne inde declinent, ſed validè illic retineantur, varijs faſcijs, nunc corpori cinguli inſtar circumductis, nunc ab humeris pendentibus, aliiſque ligamentis ab illis ſubtùs ſubligaculi modo reductis, aliiſque interdum ſimul additis vinculis, mutuò connexis, vel ligulis colligatis, aut locis per fibulam tranſeuntibus, ſphinctere conſtrictis, coërcentur. Et prout vel in inguine, vel alia ventris regione tumor ſe offert, maximéque vt æger commodiùs minoríque moleſtia hæc perferre & geſtare poſſit, formæ horum effinguntur, è quibus ſequentes accomodatiſſimæ deprehenſæ fuerunt. Parantur autem in hunc vſum inſtrumenta ex ferro, ligno, corio & lino. Ex ferro & ligno non probantur niſi in inueteratis rupturis vbi magna vi & ſecuritate ad cohibenda inteſtina opus habemus, faciliùs verò & minori moleſtia recentes hernias coriaceis & lineis retinemus perizomatis, quippe quæ ſemper geſtari debent donec æger decumbat, licet etiam in decubitu niſi neceſſitas aliqua requirat relinqui poſſint, vel ſi interdum neceſſitatis cauſa ea amouere ne-
ceſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

cesse sit, tamdiu donec reponatur manu vices ipsorum supplendæ. Primum ergo & communius instrumentum in sequenti figura N°.I.designatur, in qua A. Puluinus. B. Cingulum. C. Subligaculum. DD. Lorum cinguli & subligaculi. EE. Fibulæ, quæ vtrumque locum peruadũt. F. Pronexus puluini, quem subligaculum peruadit. Debet autem retinaculum hoc in illa longitudine & latitudine esse, vt totum inguen cum puluino implere possit, puluinus impletur lana ad duos digitos & ne cutem excoriare possit ex panno molli vel xylino aut corio leni conficitur; itaque ne loco suo facilè moueri possit cingulo est annexus lumbos cingente, & sic constricto anteriori sede inguini adnexus esse debet, & subligaculo xylino in modum fasciæ latiusculo quod superiori sede cingulo enarrato innexum deorsúmque ductum, sub crurum diuisione sursum denuò reflexum, per puluini mediũ transcendens, & pronexum illi affixum, ne ab eo declinet, permeans, cingulo illic rursum adstricto, comprimi, & vt se bene applicet, adstringi debet. Secundum Instrumentum pro

Primum instrumentum.

Secundũ instrumentum.

βȣβονοκήλη etiam ex puluino & cingulo formatur, ſubligaculum verò in hac, anteriore parte cingulo affixum, per pronexum puluini tranſiens in duas faſcias diuiditur, quæ ſub crure reflexæ, duobus in locis cingulo alligantur, vt ſic arctiùs latiúſque quam vnica tantùm faſcia, premendo, validiùs ſubſiſtentes, puluinum rectiùs in ſua ſede contineant. Vti figura N$_0$. II. & III. tam expanſum, quàm quo pacto corpori alligatur, inſtrumentum oſtenditur. In quo A A puluinus B B Cingulum C C Subligaculum D D D D Faſciæ binæ in quas ſubligaculum diuiditur. E E Pronexus puluini, ſub quo ſubligaculum. F F F F Ligulæ, quibus cingulum ſimul, & ſubligaculum vtrinque nectitur.


Tertium Inſtrumentum. Tertium Inſtrumentum inguini adaptandum, admodúmque firmum, ideo & infantibus, cùm inquieti ſint, nec ſibi vti adulti cauere poſſint, accommodum, ex ſubligaculo fit, quod cingulo ſupra inguina adnectitur, latúmque & amplum ſupra vtrumq; inguen & ſcrotum expanditur, atque vtrinque vbi inguina premere debet, puluinorum duorum inſtar, la-

nâ

FIGVRA I.

N°. I

Instrumentum expansum.




C

D


N°. II

Instrumentum expansum.



N°. III

Idem Instrumentum clausum, quo pacto corpori adligatur.



nâ infarcitur, in medio verò, foramine aperuio penem transmittit, & subtùs saccum efformat, in quo testes inclusi suspensi retinentur, non tamen arctantur: indéque in duas fascias desinit, quæ sub cruribus retrorsùm ductæ, cingulo ex vtrâque parte adnexæ, subligaculum attrahunt, & præter has alias duas fascias, posticâ sede cingulo vtrinque adnexas continet, quæ sub cruribus antrorsum reflexæ, & per puluinorum duorum ac cinguli eas sustinentis pronexus vtrinque transeuntes attractæ, subligaculum illíque innexos puluinos ampliùs firmant: quemadmodum figura No. IV. & V. denotat. In qua AAA. Cingulum B. Subligaculum C C. Idem expansum D D. Foramen Subligaculi E E. Saccus subligaculi FFFF. Fasciæ duæ Subligaculi GGGG. Fasciæ duæ cinguli. H H H H. Pronexus in subligaculo expanso & cingulo I I I I. Ligulæ, Cingulum simul, & Subligaculum illi nectentes. Interdum quoque prædicta tria Subligaculorum genera, quæ Cingulis suspenduntur, vt minùs deorsum subsideant, magísque adstricta maneant, alijs fascijs duabus cingulo posteriùs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſteriùs adnexis, & per vtrumque humerum ductis, rurſúmque deorſum anteriori ſede ligulis cingulo vtrinque adligatis, ſuſtentantur, vt ex ſequenti figura patet. Quartum accommodatiſſimum in inguinis ruptura, ex duobus fit ſeparatis ſubligaculis latis & xylinis, quibus ſingulis puluinus adnexus eſt, quæ poſteriore ſede thoraci ſeu pectorali vtrinque adligantur, & ſub cruribus reflexa, ſurſum ad vtrumque inguen feruntur, illicque puluinaribus illi adnexis, vtrique inguini tam ſano quam rupto incumbunt, & pectorali denuò ligulis validè adſtringuntur, & vt firmi maneant puluini, cingulo coriaceo, per vtriuſque puluini pronexus anteriùs quoque per duos alios ſubligaculis appoſitos, tranſeunte ſtringuntur, ſic enim firmiſſimè etiam in validis corporis motibus nihilominus ſubſiſtũt, & puluinus in loco ſano poſitus, etiamſi illic nullus tumor ſit, tamen cùm vicinum puluinum loco ægro incumbentem, ne in latus inclinet, ſuſtineat, ita quoque opitulatur. Hoc autem figura ſequens N°. VI. exprimit, vbi A A. puluini duo BB. Subligacula duo C. Cingulum

Quartum inſtrumẽtum.

 coria-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

coriaceum. D D Pronexus vtriusque puluini E E Alij, vtriusque subligaculi. FFFF Foramina vtriusq; subligaculi, ex puluini, per quæ ligulæ pectorali infixæ transeuntes, hæ illi astringunt.


Quintum Retinaculum.

Quintum retinaculum ex scuto fit ligneo, duos digitos crasso, deorsum versus attenuato & rotundo, quod in medio vbi penem respicit, exectum spatium efficit, ne radicem illius premat, vtrinque verò extuberantijs duabus introrsum spectantibus, vtrumque inguen comprimit. Hoc cingulo ex ferrea lamina, tenui sed firmâ, vt nonnihil cedere possit, concinnato, corióque vndique inuestito, superiore sua sede clauis vel gyris affigitur, illicque cinguli extremitatis portione, quæ ab alio separata est, vt claudi cingulum rursúmque aperiri possit, & corio quo circulus inuoluitur, tantùm adhæret supra alterius extremitatem circuli quæ scuto affixa est, fertur, illícque cingulum attrahit nectítque, scutúmque sic firmiter in sua sede retinet: sicuti gemina figura N°. VII. & VIII. hoc retinaculum tam clausum quam aper-


FIGVRA. II.

nº IV.

Instrumentum expansum.




Idem Instrumentum clausum, quomodo, corpori accommodatur. nº V.



Instrumentum diductum

nº. VI.



apertum demonſtrat. In qua AAAA. ſcutum ligneum BBBB. Cingulum ferreum corio in prima figura obductum, in ſecunda nudum. C Extremitas cinguli ferrei nuda, ſcuto clauis & gyris affixa. DD. Hami duo illius ſedis E Extremitas altera cinguli ferrei nuda, pro hamis excipiendis peruia. FF. Cingulum ferreum, illic abruptum, in prima figura corio ſolùm cohærens. G. Clauſtrum quod ex cinguli extremitatibus mutuo iunctis hamiſq; affixis perficitur, corióque obtegitur. Sextum inſtrumentũ ex ſcuto quoq; ligneo fit, ſed lato admodùm, quo vtrumque inguen integat, introrſúmque inclinans, ſimul ſcrotum ſuſtineat, cingulo ferreo priori ſimili affixo retentóque. Sub quo ſcuto vbi inguen ruptum reſpicit, pannus conuolutus vel puluinus inſertus tumorem illic premendo, ne protuberet, cauent. Cuius ſcuti figura talis eſſe debet, vt N°. IX. depingitur in ſequenti figura. Vbi A ſcutum ligneum latum. B. Cinguli ferrei extremitas ſcuto affixa. C. Cingulum illic abruptum. Septimum inſtrumentum ex ferreo ſcuto fit, quod affectum tantùm inguen occu-

Sextum Retinaculum.

Septimũ inſtrumẽtum.

pat,

pat, cingulóque ferreo, vti priora duo ſcuto affixo, illius extremitate clauditur & adſtringitur. Quod ſcutum ex lamina ſpiſſa & latâ fit ferreâ cuius poſteriori ſede cochleare ferreum eiuſdem ferè latitudinis, articulo vt moueri queat, iunctum eſt, eâ ſede, quâ inguen tangit, corio munitum & nonnihil ſuffultum, quod à cochlea ferrea, laminis exterioris medio inſertâ, dum circumuertitur, verſus inguen eouſque quoad ſufficit, pellitur, illicque fixum retinetur. Vti hoc ex figura ſequenti N°. X. patefit. In qua A. Scutum ferreum. B. Cochleare ferreum. C. Conuexum cochlearis, corio obductum. D Cochlea ferrea, quâ circumducta, cochleare introrſum pellitur. E Foraminula, per quæ corium ſcuto obductum ſuitur. F Cingulum ferreum, quale & in ſeptima figura.

In aliarum ventris regionum, vt vmbilici vicinorúmque locorum tumoribus herniofis, quæ adhibentur inſtrumenta, ex cingulo vel xylino vel ferreo, vti de prioribus dictum, parantur, quod ventris ſedem illic vbi tumor erumpere ſolet, ambiat, puluinóque illi adnexo vel ſcuto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ligneo aut ferreo, premat, ſicut artificioſè hæc excogitari poſſunt; quod cingulum ne propendeat, quoque adnexis faſcijs humeris ſuſtentari, vel pectorali ad illud parato, alligari poterit.

CAPVT NONVM.

De Curatione Herniæ Inteſtinalis & Omentalis per Chirurgiam, & primo per ſectionem.


MODOS huius curationis antequam proponam, prius Iacobum Syluium propono, qui in ſuo Gatanaria ſcribit. Exactum huius curandi modum deſcribere minimè grauarer, ni putarem id ſuperfluum eſſe: quum nullus eum, vt in opus mittat, ex libris ſolis aſſequi poterit. Quod ſi quis ex lectione tantũ opus hoc aggredi conabitur, is certè nõ minus quã ex commentariolo nauta dicendus eſſet. Oportet igitur vt Medicus iuxta Galeni præcepta poſt methodum vniuerſalem curatoriam in particularibus ſe exerceat. Quidquid ſit, tamen iſte modus, qui fit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

FIGURA III.


N°. VII.

Instrumentum apertum.




N°. VIII

Idem Instrumentum, clausum uti corpori applicatur



N°. IX.

Instrumentum ex scuto lato fabricatum, quod cingulo ferreo, uti scutum prioris figuræ, affigitur.



N°. X.

Instrumentum apertum



ſine caſtratione, meritò præferendus eſt. Sed quia auctores veteres quam recentiores innumeri diuerſos modos deſcribunt. Satis eſt nos loca indicaſſe; quamuis hæc ipſa ex viſu potiùs ac vſu & certa experientia quam ex libris diſcenda ſint. Hæc ille. Nullus planè deberet incidi niſi per expertum Chirurgum, illum ſcilicet qui ſæpiùs viderit dextrè id munus implere. Hernia quoque niſi antiqua fuerit, ſemper priùs tentandum, vt commoda victus ratione & medicamentis curetur, antequam ferro vtamur. Præterea ante inciſionem corpus laxante pharmaco vel clyſteribus perpurgandum. Et maximè Ver eligendum, vt ad hanc curationem tempus magis aptum; tunc enim corpora, teſte Ariſtotele, vires reſumunt, & ſunt robuſtiora, vigétque bonus ſanguis, & boni humores tunc in corpore generantur. Chirurgus quoque, antequam ſe ad opus præparet, omnia habeat parata ad operationem rectè perficiendam, vel ſcamna, manutergia, raſaria, vncinum, & alia, quæ ad diſcarnandum didymum faciant, ſetones, acus, cauteria, ſpongiam, aquam calidam, ne

Quid ante inciſionē Herniæ inteſtinalis faciendū. Quale tempus ad hanc operationem eligendū & quibus Chirurgus debeat eſſe inſtructus antequam incipiat operari.

fluxus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

fluxus ſanguinis operationem impediat, faſcias, pannos, oua, puluerem reſtrictiuum, & alia quæcunque. His ita ordinatis ad ſectionem deueniendum, quæ tam ſine extractione teſticulorum, & ſine læſione vaſorum ſpermaticorum, quam cum extractione teſticulorũ fieri poteſt. Priuſquam tamen alterutram operationem aggrediamur, præmonendum eſt quod ſectio poſtremum ſit remedium, quod in ruptura & relaxatione peritonæi ſanandâ locum habet, cum per eam cute apertâ, peritonæum apprehendi, conſtringi & vinciri, cuius nomine ſectio fit, poſſit, quæ tamen quia cum maximo ægrotantis dolore & periculo fit, non niſi omnia priùs tentata irritáque fuerint, tentanda: ſed nec tunc quoq; temerè, niſi eiuſmodi hernioſi tumores ſupra modum incom̃odent, & facilè procidentes, magnum cruciatũ ſæpè ægro pariant, & metum ne fortè extra ſubſiſtentia, reponi nequeant, alioquin ſatiùs ſubligaculis, vti dictum, eiuſmodi protuberantias auertere, leuioríque hac moleſtiâ, dolores atrociores & vitæ diſcrimen declinare. Talis autem ſectio rupturas eiuſmodi

Sectio poſtremum eſt remedium curandi hernias.

&

Quomodo via illa per quam prolapsa sunt intestina per sectionem & ligaturam intercludatur.

& relaxationes idcirco auertere potest, & sanare dicitur, quod per eam cute apertâ, præsertim si in inguine fiat, processus peritonæi ruptus aut dilatatus vinciri possit, & sic via hæc intercludi & in vulneris consolidatione carne accrescente, ne vinculo soluto membrana quæ aliàs difficulter coalescit, vt superius dictum, rursum diducatur, hoc veluti glutine iuncta contineri. Quæ & sectio in alijs abdominis rupturis, si illic fiat, licet peritonæum scissum tunc non facilè colligi ligaríque possit, tamen ob adnascentem carnem, obturantémque foramen, hoc pacto eas curare potest; maximè tamen cauendum, ne in ipsa operatione violento tractu peritonæi processum: à partibus quibus adhæret, diuellamus, vnaque neruum à sexta coniugatione qui ad testem pergit, eandem vim vasis spermaticis inferamus, quibus ex rebus dolor excitatur ingens, conuulsio, hæmorrhagia, inflammatio, putredo ac denique mors, vt in multis obseruatum est; qui paucis pòst diebus, quam execti fuerant, mortui dissecti sunt.

Cauendũ ne in castratione Peritonęũ & alia vasa violenter attrahãtur.

Violenta tractio illa vasorum, quam peri-

periculosa sit Guilielmus Fabricius in Obs.sua LXI.Cent.V. testatur, vbi hanc habet Historiam. Venit ad me præterita die 29. Aprilis Iuuenis quidam 24 annorum ætatis, Vlricus Diedicker nomine, ex præfectura Schenckenberg: qui à primis incunabulis: vrinam non nisi maximo cum labore & conatu excreuit. Ad tertium præterea annum ætatis, corpus nequaquam erigere, multo minùs incedere potuit. Ab eo verò tempore paulatim ambulare cœpit: ad septimum tamen annum non nisi incuruato corpore: nunc verò sine vlla difficultate incedit: robustus & sanus est. Ad laboriosam illam mictionem remouendam plurima adhibita fuerunt remedia, tùm à rationalibus Medicis, tum ab Empiricis: ex quibus vnus Carunculam in ductu vrinario esse, arbitratus est: ego tamen cum prædicta die 29. Catetherem immitterem, nullum obstaculum in ipso reperi: & vix credibile est, in pueris lactentibus Carunculas generari. Bis quoque à Senatu nostro Amplissimo, anno videlicet M.DC.XXI. & præterito mense Martio, hic in Xenodochio Medicis commissus fuit. Ter quinc-

Historia de Violenta tractione vasorum in sectione Herniæ.

tiam thermas inuiſit: & ſæpiſſimè balneis ex herbis vſus fuit: ſed omnibus ſine ſucceſſu. Nunc quia iterum ſumtibus Magiſtratus ad thermas ablegandus fuit, ab ampliſſimo Magiſtratu meo in mandatis mihi datum fuit, vt explorarem vnde affectus proueniret, & an thermis ſanari poſſit? Ego reſponſum dedi: ipſum neque thermis neque alijs medicamentis ſanitati reſtitui poſſe. Cum enim cauſam morbi inueſtigarē perquirerémque, cognoui, ipſum ſexto menſe ætatis in ſiniſtra parte caſtratum, & ab eo ipſo tempore difficultate mingendi affectum fuiſſe. Arbitror itaque teſticulū cum ſuis membranis à peritonæo prodeuntibus, vnà cum neruis, imò & peritonæo ipſo in operatione præter modum attractum, nimíſque altè auulſum & abſciſſum, ac proinde neruos, qui ex oſſe ſacro ad teſticulum & muſculum veſicæ excurrunt, ſimul læſos fuiſſe, & propterea ſphyncterem: tàm propter abſciſſos neruos, quàm retractum peritonæum, non niſi vi dilatari poſſe. Quemadmodum in externis affectibus, ſi neruus huius vel illius partis abſciſſus, aut quouis alio modo retractus

fuerit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

fuerit, actionem istius partis deprauari videmus. Quod ad septimum annum ætatis erecto corpore incedere non potuerit, id ex eadem causa quoque prouenisse mihi videtur. Ex eisdem enim foraminibus ossis sacri, nerui etiam ad crura descendunt, qui etiam si non abscissi, cum reliquis tamen, & imprimis cum peritonæo, in auulsione illa violenta testiculi, versus anteriora ita retracti fuerunt, vt erectionem corporis non admiserint. Incuruatio tamen illa corporis, post vsum thermarum Badensium & Balneorum ex herbis emollientibus præparatorum, ante septimum annum, vt antè dixi, reuisit. Cum ita reliquæ partes in auulsione testiculi retractæ, post vsum & thermarum & balneorum, aliorúmque medicamentorum diuersis temporibus adhibitorum, etiam ex arte in integrum restitutæ non fuerint, inductus fui Amplissimo Senatui referre, frustrà ipsum hoc iter suscepturum. Ad suos itaque remissus & decretum fuit, vt in patria sumptu Magistratus nostri artificium aliquod, quo se sustentare posset, disceret. Est profectò casus ille rarus: neque occur-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

rit mihi, me ſimilem in praxi vidiſſe: non quod huiuſmodi errores non committantur ſæpiſſimè, ſed propterea quod omnes, quibus teſticulus cum ſuis membranis, & productione peritonæi, ita attrahitur & abſcinditur, moriantur. Propter neruorum enim & membranarum ineptam attractionem & auulſionem, oriuntur dolores ingentes, præcipuè è regione oſſis ſacri: mox quoque inflammationes circa internas partes oſſis ſacri: vigiliæ item & febres ſequuntur: Vulnus verò aridum fit & ſiccum. Tandem ſpaſmo corripiuntur, & naturæ debitum perſoluunt, vti multos ſic caſtratos vidi. Hæc Fabritius.

Caſtratio extra violentā peritonæi diuulſionē, nō eſt valdè periculoſa.

Extra hanc tamen violentam peritonæi diuulſionem, caſtratio non eſt tam periculoſa, vt aliqui volunt, vt viderint multos mortuos, quin imo plurimos ego teſtor me vidiſſe ſanatos & omnes præcipuè, qui validis conſtabāt viribus, quamuis hoc afferat incommodum, quia effœminantur viri, & generandi facultate per omnem dehinc vitam priuantur, cuius gratia teſtes natura largita eſt, tanquam partes humanæ ſpeciei conſeruandæ inprimis

Incommoditates ex Caſtratione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

primis neceſſarius. Quo nomine Galenus ipſos præferre cordi non eſt veritus, quod cor vitæ principium ſit, & teſtes melioris vitæ: longè autem nobiliùs eſt bene viuere: itaque caſtrati in fæmineam naturam degenerant, nam glabreſcunt, vox eneruatur, animus deficit, timidi euadunt, cúmque inhabiles ſint ad omnes ferè humanas actiones, non poteſt ipſis vita non eſſe miſera. Notandum inſuper, ſectionem quandoque poſt alia tentata prius remedia, vel ideo magis periculoſam fieri, quod medicamentis adſtringentibus & conſolidantibus ita partes coaleſcant, vt difficulter inuicem diuelli poſſint. Vnde dolor ſpaſmi &c.

Itaque operationem ipſam deſcribentes, primò illam proponemus, quæ fit cum teſticuli extractione. Vt hæc autem decenter adminiſtretur in inguine, vbi præſertim fieri ſolet, præmiſſa inuocatione diuini auxilij, cum res ſit periculi plena, æger ſupinus ita in aſſere collocandus, vinculíſque adſtringendus eſt, vt caput decliuiùs ſit reliquo corpore, pedéſq; altiores, dein ſi inteſtina adhuc ſcrotum inguénque occupent, illa priùs reponen- *Sectio Herniari cum teſticuli extractione*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

da, tumórque omnis premendo abigendus; poſtmodum cutis apprehenſa, attractáque, ſecundum inguinis longitudinem acutâ nouaculâ, ſectione cutem totam diuidente aliquouſque incidenda, indéque proceſſus peritonæi ab eo in ſcrotum deſcendens, vaſáque ſeminaria in ſe incluſa continens, apprehendendus, & ad exortum illius vſque à ſubiectis quibus adhæret, vel ſolâ attractione, vel adhibito ſectionis adminiculo, liberandus, atque iuxta principium illius, vinculo forti & craſſo, ex filo cannabino contexto excipiendus, validéque vinciendus, relictis vinculi extremitatibus extra corpus protendentibus, demum proceſſus ille infra hanc ligaturam amputandus, & cum vaſis ſeminarijs adnatóque teſte euellendus, auferendúſque. Quibus factis, æger in lectum collocandus, & quietus decubitu ſupino, donec vulnus ſanatum fuerit, retinendus, quod & vti reliqua vulnera, adhibitis quæ conueniunt, vel ſolâ ablutione, ſæpe ſanatur, & vinculis tandem recedentibus, conſolidatur.

[Q]uatuor [sc]opi in [cu]ratione Sunt autem quatuor ſcopi in huius vulneris curatione: & quidem primum con-

coquen-

coquentibus vtendum; ſecundo detergentibus; tertio ſarcoticis; quarto epouloticis, ſeu cicatricem inducentibus. Digeſtiua & detergentia ſimul miſceri poſſunt, ita tamen vt illa in principio, hæc in fine præpolleant. Digeſtiuis autem vtendum, donec pus generatum conſpiciatur, & laudabile appareat, id eſt, album, læue, æquale, non fœtidum. Concoquente ergo tali in principio vti poſſumus. *Vulneris per ſectionem fact.*

℞. Vitel. ouorum N°. ij.
Farinæ tritici,
Thuris pulueriſati an. q. ſ.
ad vitellos inſpiſſandum. *Linimentum concoquens.*

Detergens erit tale.

℞. Mellis roſ. col. ℥iij.
Farinæ hordei ʒj.
Aq. Betonicæ. parum.
Miſce. *Linimentum detergens.*

Si placet miſcere concoquentia & detergentia.

℞. Mellis ℥iij.
Farinæ tritici ℥iß.
Succij apij ℥iiij. *Linimentum concoquens & detergens.*

Si adijciatur Croci ℈j. medicamentum reddetur magis concoctorium. Vel.

Aliud. ℞. Resinæ
Terebinthinæ ℥ j.
Thuris puluerisati ℥ j.
Oui vitellum N°. j.
Misce.

Si sit Æstas, & in vulnere dolor persentiatur, tunc conuenit resina, terebinthina, aut abietina, in aqua lota: Si sit hyems, aliquid croci addendum. Si in fine animus sit tantum mundificare; ac detergere, linamenta in melle tincta id præstabunt, secundùm Celsi sententiam: item farina hordeacea & fabarum, cum melle. Melicratum quoque deterget cap. 8. lib. 2. ad Glauc. Solent etiam hoc componere, quod ad concoquendum & detergendum maximè valet. ℞. Succi apij, ebuli, vini, mellis, axungiæ porcinæ, butyri recentis, ana partes æquas: Misce & ad spissitudinem coque.

Compositio ad concoquendum & detergendum vulnus vtilis.

Postquam vulnus per concoquentia & detergentia redditum est idoneum, vt carne impleri queat: carnis generationi protinus incumbendum. Sunt autem sarcotica exsiccantia, quin & detergentia, ob excrementa quæ continuo in carnis generatione segregantur. Si vulnus ergo

Sarcotica.

fuerit

fuerit magnum, corpus & ſiccum & durum, & tempus hyemale, conueniunt ſarcotica valentiſſima. Vnguentum Iſidis & Apoſtolorum: ſi verò Æſtas ſit, aërue calidus & ſiccus, Vnguentum de tuthia. Medijs temporibus, & minori vulnere; naturíſque temperatis, conuenit Vng. de Betonica, Hyeme Vnguentum Baſilicum: Æſtate Vnguentum de Ceruſſa. Si natura temperata, vulnus mediocre, tempus medium, id eſt Ver & Autumnus.

Vnguentum ſarcoticum.

℞. Reſinæ terebinth. ℥iij.
Ceræ ℥j.
Thuris
Maſtich.
Fœnugræci ana ℥ß.
Ol. communis ℥x.

Diſſoluuntur reſina & cera ad ignem, item oleum; colantur: deinde pulueres adijciuntur, & fit vnguentum. Magis autem conueniunt ſarcotica, actu & poteſtate ſicca; vt pulueres qui vulneribus inſperguntur. In paruis ergo vulneribus, naturis temperatis, & tempore hyemali: ℞. thuris, reſinæ colophoniæ, farinæ fœnugræci ana ℥ß. f. puluis. Si maius eſt vulnus, æſtas, corpus magis ſiccum: ℞. Aloes, *Pulueres ſarcotici.*

ſarcocollæ, ſanguinis dracon. tuthiæ præparat. an. p. æ. In duris corporibus & magnis vulneribus. ℞. Rad. iridis, mannæ, thuris, myrrhæ, aloes, radicis panacis, reſinæ laricis ana p. æ. miſce &c. Porrò impoſitis ſarcoticis, ſuperponendum eſt aliquod medicamentum potiſſimum ad formam cerati, vt eſt diapalma, ceratum Barbarum, & hoc fit tum ad detinendum ſarcotica, tum ad vulnus à frigore defendendum. Vtimur etiam linteis & ſpongijs expreſſis in vino nigro auſtero, eóque vel puro, vel ſi maiori opus eſt robore, in quo decocta ſint, balauſtium, malicorium, rubus, myrtilli, ſcabioſa, folia oliuæ, & ſimilia aſtringentia medicamenta. Quod ſi verò caro ſuperflua in vulnere generata fuerit, quod fieri poteſt aut ex ſuperabundantia alimenti, aut ſi vulnus non bene fuerit purgatum & exſiccatum.

Abſumẽtia carnẽ ſuperfluã. Proin ſi modica fuerit caro ſuperflua, & corporis natura humidiſſima, ſtupæ cannabinæ, minutim inciſæ, ſatis erunt, ex Auicennæ ſententia: vel ſpongia mollis, ſicca ſimiliter inciſa & impoſita. Sicca quoque linamenta, modicè carnem reprimunt, è Celſo, ſi caro excreſcens ſit

modica

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

modica & corpus humidum, carnem minuet lana combusta, caro porci salita, & macra: similiter linteum infusum in aqua salita, secundum Paulum: item linteum infusum in aqua aluminosa. Si caro supercrescens sit abundantior & pars vlcerata humida, conuenient misy, chalcitis, ærugo, cap. 8. lib. 3. meth. cum ijs quæ desiccant & detergunt, secundum Dioscoridem in hoc ordine sunt, cinis quercus, tithymali, & ficus. Secundum Rhasim, sal melli permistum, cæpa cum melle, nuclei dactylorum vsti, semen vrticæ, radix vitis albæ. Secundum Auicennam ostreæ contusæ, fex aceti & vini, puluis hermadactylorum, aristolochia rotunda. Si caro supercrescens sit adhuc copiosior, pars vero sicca & dura, vsurpentur quæ validissimè detergunt ac siccant, vt æs viride, alumen vstum, & è compositis præcipitatum, Vnguentum Ægyptiacum, calx viua, cum melle inuoluta in pasta, & in furno cocta, nigrum veratrum in pollinem redactum & inspersum, oleum vitrioli, & de sulphure. His ita expeditis, restat vt vulneri cicatrix inducatur. Naturis humidioribus cicatri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Epouloti-ca seu ci-catricem inducen-tia.

cem inducent, gallæ immaturæ, malico-rium, fructus ſpinæ Ægyptiæ. Si autem corpora non ita humida ſunt, proſunt miſy, chalcitis, æs vſtum, æris ſquama, alumen fiſſum: vehementia ſunt miſy & chalcitis: mitior æris ſquama: adhuc mitiùs æs vſtum. Compoſita ſunt, ceratum diapalma, de minio, rhabarbaro. Imponenda autem ſunt epoulotica in oris vulneris, ſeu in circuitu, citiſſimè enim in his partibus inducitur cicatrix, quia cauitas media maior eſt, nec tam forti eget epoulotico.

Sectio Herniarũ ſine extra-ctione te-ſticuli.

Sine extractione teſticuli perficeretur hæc operatio, ſi rei Anatomicæ peritus Chirurgus, ita proceſſum dictum priùs diuiſum, & à vaſis ſeminarijs ſeparatum, vincire poſſet, vt vinculo ſolum proceſſum nec ſimul vaſa ſeminaria, comprehenderet, tunc illis remanentibus, vti & teſte, citra illius caſtrationem, quòd maximè omnes optant, hæc ſectio poſſet perfici. Habes hic vias compendioſas, & quidem illas, quibus & ego vtor, ſic enim operatio iſta valdè doloroſa citò abſoluitur & æger non diu cruciatur. Sed aliorum etiam modos audi.

Homo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Homo ante triduum bibere aquam, pridie abstinere etiam à cibo debet, deinde ipso resupinato, & cute iuxta inguina per ministrum eleuata, transuersam lineam incidimus. Nonnulli verò non transuersam, sed rectam lineam ducunt, hamulóque defixo diuisionem explicant, quæ testiculum retractum mensura adæquet, deinde rursus tot hamulis, per quartam cutem transmissis quot vulneris magnitudini sufficiant, cæco hamo aut cultro membranas, & pinguedinem subtus excoriantes, scalpello præcidimus. Detecto autem vndequaque peritonæo, demissóque indice digito ad posteriorem scroti partem inter peritonæum & dartum membranam, posteriorem connexum soluemus, deinde dextra manu extremum implicantes ad interiora scroti, simúlque sinistra, peritonæum retrahentes ad diuisionem retrahemus testiculum vnà cum membrana erytroide, ac ministro vni iubebimus testiculum eleuet, ipsi verò posteriorem adnexum ex toto simul cum membrana erythroide dissoluentes explorabimus digitis, num intestini, vel omenti inuolutio quædam in *Veterum modi secandi hernias.*

tunica

tunica erythroide relicta ſit, & infra hanc ad alium propellemus, deinde acu bonæ magnitudinis filum ducente duplex, decies implicitum ad peritonæi terminum, qui diuiſionem reſpicit, per medium conſuemus. Succiſis autem linis, quatuor faciemus initia, atque his per vinculum rurſus implicatis, vtrobíque peritonæum valenter deſtringemus, iterúmque initijs circumuolutis, aſtringemus quidem ſtrenuè, vt nullum ex vaſis nutrientibus adhuc poſſit cedere, ne inflammatio inde concitetur: item ſecundum intrinſecus vinculum inijciemus minùs quàm duos digitos à priori diſtans. Poſt hæc vincula digiti inſtar ex peritonæo relinquentes, totum ipſum orbiculatim præcidemus, auferentes ſimul nimirum & teſticulum: rurſus diuiſione iuxta emiſſarium ſcroti adhibita, linamentum in longitudinem implicitum inijcitur, & fomentis oleo imbutis vinculíſque iniectis, omnia quæ reſtant perficiemus.

Nonnulli membrana erythroide exciſa, ferramentis candentibus extremum ipſius adurunt ſanguinis profluuij metu. Sæpè verò contingit vt inteſtina reſtitui

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

non possint, quod peritonæi processus non satis pateant, nam delapsæ vnà cum intestino sensim in scrotum fæces ibi partim indurantur, partim flatuum accessione per resolutionem auctæ tantum tumorem excitant, vt remeare per id cauum nequeant, per quod paulo ante subiuerunt. Quo fit, vt à putredine conclusæ eluuiei, succedat inflammatio, & noua subinde doloris accessio: tandémque fæcum egressu deorsum per anum prohibitarum sursum per os regressus & vomitus. Affectionem hanc vulgo Miserere mei nominant. Huic vt occurratur symptomati, tentanda potiùs extrema remedia sunt, quam vt sinamus ægrum tam turpi & fœdo genere mortis è vita emigrare. Occurremus autem Chirurgia, hoc qui sequitur modo. Ægrum supinum in mensa vel scamno religabimus, mox in superiore scroti parte incisionem faciemus intacta intestinorum substantia, habenda deinde cannula argentea, crassitie pennæ anserinæ, vna sui parte rotunda & gibba, altera autem caua, cuius est hæc forma.

Sectio Herniarũ per cannulam argenteã quando intestina reponi nõ possunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A



Istam in incisionis locum indemus, & peritonæi vna cum scroto incisi, productioni quam longa producitur adactam, subijciemus, vt secundum eam cauitatem, peritonæi processum, insertæ cannulæ beneficio à contentis intestinis diuulsum, recto ductu illæsis intestinis, nouacula diuidere possimus. Incisione mediocri facta, sensim digitis in aluum compellentur intestina: hincque sutura, tantum incisi peritonæi comprehendetur, quantum satis esse videbitur, vt per ipsam angustius redditum, nihil dehinc cicatrice obducta in scrotum elabatur. Quod si induratarum, vel mora, vel inflammationis ardore, fæcum tanta subsit copia, vt incisio illa non sit sufficiens compellendis in suum locum intestinis, longior incisio impulsa sursum ventrem versus cannula, facienda est; adeo vt li-

bero

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

bero regreſſui inteſtinorum in aluum ſatis eſſe poſſit, tum Gaſtroraphia vt decet celebrabitur, vt ſutura anguſtiore reddito peritonæi proceſſu, lapſuris inteſtinis vel omento via intercludetur, de cætero vulnus vt artis eſt curabitur. Sed priuſquam te ad id opus accingas, expendendum diligenter, num ægro adſint, & valeant vires, nec niſi prognoſi inſtituta, & amicis ægri annunciata, tentandum quicquam.

CAPVT DECIMVM.

De Curatione Herniæ Inteſtinalis per Puncturam.

VIDIMVS hactenus multos ac varios modos curandi Hernias per medicamenta tam ſimplicia quam compoſita interius aſſumenda & exterius adhibenda, per ligaturas, per ſectionem. Videamus etiam nouum quendam modum recenter inuentum, facilem, vnica punctione conſtantem. Appellatur autem curatio hæc per Puncturam, talíque modo abſoluitur. Corpus ſanguine prius vel deiectione leuandum, vel abſtinentia, ſi opus *Punctura in curatione Herniarũ*

eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Primo modo.

eſt. In hac curatione triduo aquam bibere, vel pridie à cibo abſtinere, neceſſe eſt. Interea acus firmior paranda, in qua filum ex ſerico crudo validiſſimo inſerendum eſt pedalis longitudinis, ac teſſella eburnea vel cornea ſub hac figura paranda eſt □ pollicis latitudine, cataplaſmata item, reliquaque cerotaria. Ipſo mane ægrum ſupinum collocant ſubductis inteſtinis, locus prius antè radendus eſt. Et tum exempto ſcroto, vt cutis inguinis intenta ſit, æger ſpiritum leuiter contineat ſine clamore. Medicus manu ſiniſtra ſummiſſo inteſtino tunicam arte contineat, ne id deorſum deuoluatur, dextra manu vena ſeminaria ad teſticulum perquirenda eſt, præter hanc vniuerſa tunica apprehendi cum cute debet, atque iuxta venam acus dimittenda eſt audacter oleo tincta, filúmque deducendum extracta acu, miniſter filum comprehendat, & teſſella intra filum poſita firmo nodo includenda eſt, ita vt cutem plano contingat, alterutra ſcroti parte illæſa, & geminis teſtibus modo excluſis, tum ſemel aut bis teſſella intra filum poſita ſingulis diebus torquenda eſt, tum paulatim filum ar-

ctiùs

ctiùs vndique ſummam cutim & tunicam adſtringendo erodit, foraménque verſus teſticulum non ſine pure dilatat atque vna pariter laxatum vulnus ſuperdato medicamine ſolideſcit, ita vt paulatim plaga aperiatur, & ſimul ore vtrinque cohæreant. Nam filum circumquaque arctiùs datum decimo die, vel quinto decimo, cum plurimum partem quam comprehendit, penitùs abſcindit, tum cicatrix inducenda eſt, ac callo firmanda, & maior cuſtodia adhibenda eſt, ne pars recenter violata laxetur, & inteſtinum ruat. Hac ratione venarum profluuium non timemus, neque vllam inflammationem. Sed ſtatim vinum à punctione cum roſaceo pro cataplaſmate infundimus. Mox lenticulum cum melle, vel vino mixto, in quo malicorium incoctum ſit. Deinde ſedata inflammatione triticeam farinã, pinea reſina adiecta, imponimus, pus paulatim abſtergimus, & cerato impoſito ad cicatricem vulnus deducimus. Et in hac curatione victus is neceſſarius eſt qui in alio vulnerum genere præcipitur. Tota igitur pars illa, quæ comprehẽditur, præciditur ac pariter perſanatur, ſuborto


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

enim callo (vt voluimus) foramine peritonęi obſtructo, deſcendenti vel inteſtino vel omento exitus præcluditur. Plures eo modo ſanati à quodã Hiſpano, qui imani pretio curationis lenitatem, vt vnica punctione ſanarentur, atq; firmitudinem pariter promittebat, & plures mortalium in ſeſe circumagebat. Alius modus eſt cum Chirurgus facit inciſionẽ ſupra os pubis, in quam ſpecillum ſiue cannulam, de qua ſuprà, immittet, illúdque ſub peritonæi proceſſu ſecundum ipſius longitudinem impellet, atque ſurrigendo à vicinis fibroſis & neruoſis corporibus quibus adhæreſcit diuellet, mox & vaſa ſpermatica cum cremaſtere teſticuli muſculo abſtrahat, quibus perfectis ipſum proceſſum ſeorſim abducet, eiúſq; quantum laxius eſt exiguis & laxis forcipibus; foraminibus in medio peruijs comprehendet, atq; acu quinque vel ſex fila ducente tranſadiget quam proximè vaſa ſpermatica & cremaſterem muſculum. Sed & iterum ducenda erit acus in eius quod ex proceſſu reſtat medium, vna comprehenſis vulneris labris: tum arcto nodo filum conſtringendum, & à ſectione tantum eius relinquendum

Punctura Herniarũ ſecundo modo.

quendum quantum ſatis ſit, vt extrorſum è vulnere pendeat. Id filum putredine ſenſim diſſoluetur ex ſeſe: nec verò ante abſtrahendum, quam natura in ligaturæ locum carnem regenerauerit & repoſuerit, aliàs fruſtrà omnis conſumptus fuerit labor. Denique vulnus detergetur, carne implebitur, & cicatrice obducetur, cuius calloſa durities, delapſuro iterum inteſtino vel omento obſtabit. Hoc verò adhuc præmonere volui, ægrũ etiam huic operationi ſubiectum minimè tutum & immunem fore à grauiſſimo illo ſymptomate, vt à ſpaſmo, maximóque dolore, vnde plurimos vidi mortuos de quibus planè ob vires corporis aliàs integerrimas, mors non expectabatur. Sequitur delineatio inſtrumentorum ad Puncturam aptiſſimorum, in qua A. acum incuruam monſtrat, non longè à mucrone ſuo foramine apertam, quò virgula aurea traijciatur. B B. Virgulam auream per acum traiectam. C. Forcipem quæ quod ſuperfluit virgulæ, abſcindit, D. Manuclam forcipis. E. Forficem quæ virgulæ aureę extrema capita obtorquet, & ſibi inuicem implicat.

Inſtrumentorũ ad Puncturã delineatio.



Quidam modum cum filo aureo omnium pulcherrimum atque tutiſſimum, eſſe affirmant, vocant punctum aureum. Eo ſiquidem teſticulum non perire nec vllatenus impediri. Nam filum ex auro

Punctum aureum.

tracto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

tracto transmissum & intortum, constringit tantum erythroidem, non vasa spermatica. Itáque filum id stringitur variè pro ætatis ratione, siquidem in adultis, quia non augentur partes, id filum magis stringitur quam pueris quos speramus crescituros. Satis est canalem reddere sic angustum, vt non transmittat intestinum, vasa in eo sint libera. Modus est. Cutis supra os pubis inciditur, qua parte delapsus fieri solet ad peritonæi vsque processum, súbque ipsum retectum tenuis virgula aurea semel atque iterum ducitur, ipsáque ducta tantum constringitur, quantum processus eiusmodi laxitati corrigendæ sufficit, liberis interim ab astrictione vasis spermaticis. Hinc extrema virgulæ capita, bis & tertio exiguis forcipibus, sibi mutuo intorquentur & implicantur, quod superest eius resecatur: quod à sectione reliquum extat, id intortum obuoluitur, ne superinductam carnem acumine suo pungat: mox relicta illic aurea virgula vulnus ad instar vulnerum simplicium curatur: æger in lecto cruribus altioribus & capite depressiore per quindecim aut viginti dies contine-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

tur. Hac arte multi ſanati ſunt: alij in morbum relapſi ſunt, virgulæ malè complicatæ occaſione.

Puncti aurei alia ratio.

Eſt & alia puncti aurei ratio, quæ expeditior & tutior iudicatur, vel hoc nomine, quod nihil heterogeneum in parte poſt ſanationem relinquit. Ergo virgulæ aureæ loco plumbeum inducunt, quæ vno tantum circumactu proceſſum peritonæi complectatur, hinc quantum opus eſt conſtringitur, non ſcilicet laxius, ne lapſuro corpori viam relinquat, neque arctiùs, ne intercluſo ſpiritibus & nutritioni ingreſſu gangræna inuadat: reliqua eius extrema extrorſum prominere & pendere ſinuntur: cum temporis mora callum contraxiſſe peritonæi illa contractura videtur, tum inducta euoluitur & molliter ſubducitur virgula, reliqua inde vulneris curatio arte perficitur.

∴

CAPVT

CAPVT VNDECIMVM.

De Curatione Herniarum per caustica.

ANTEQVAM rationes caustica adhibendi proponamus, oportet scire, quod Cauteria alia sint actualia alia potentialia. Actuale cauterium est in quo formaliter & actu intensissimus ille & vrens calor ignísque inest; vt ferrum aut lignum ignita: tale ad tactum calidum est, & quiduis obuium, statim vrere potest. Potentiale est in quo ille effectiuè tantum & virtualiter inest: tale autem ad tactum calorem minimè habet, neque quiduis obuium vrit, sed id tantum & tunc, à quo & quando ex potentia in actum redigitur. In curatione herniarum vtroque vti possumus, nostro tamen tempore magis potentiali vtimur. Aspectus enim horribilitatis ignis actualis, metum ac terrorem incutit, & quandam auersionem ac remedij repudiationem. Est autem actualis cauterij materia, quicquid actu ignem, aut intensum igneúmque calorem in se suscipere potest. Actualia, alia sunt solida &

Cauteria alia actualia alia potentialia.

Cauterio tam actuali quam potentiali vti possumus in curatione Herniarũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

dura, alia fluxilia & liquida, ſolidorum maior, vtilior & certior eſt vſus. Horum materia varia eſt, metallica, lignea, lapidea, & quæcunque igniri poteſt aut accendi. Metallica in maiore eſt vſu, poſt hanc lignea; ex lapidibus nulla quod memini vnquam facta inueni. Metalla ad hunc vſum idonea ſunt, ferrum, aurum, argentum, æs, chalybs; quæ nonnihil tamen effectibus differunt. Verum Albucaſis l. 1. c. 1. Cauterium ex ferro præfert: rationem adfert; quia cum cauterium magis minúſue vrat, prout magis eſt ignitum; vt Medicus præciſam faciat vſtionem & ſecuram, debet neceſſariò gradus intenſionis cauterij cognoſcere; ij autem in cauterio ferri optimè diſtingui poſſunt, propter colorem qui in eo mutatur; in auro non item; eò quod color auri frigidi, & color auri candentis non diſtinguatur: Secundò quia aurum non bene poteſt igniri, ſicut dicit Ariſt. 3. meteor. Vnde ſi nimis parum ignitur, non ſatis vrit; ſi nimis multum, liqueſcit, & & irritam facit operationem. Chirurgus etiam varia eiuſdem generis inſtrumenta debet habere, magna, parua, craſſa, tenuia,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

nuia, ex auro verò nimis essent pretiosa. Præstat ergo ferro, minimè autem alijs vti. Modus autem hoc præstandi iste est. Homo mediocriter moueatur, tussi violenta, intentione, spiritúque retento: vbi tumor in inguinibus apparuerit, locum qui vri debet, atramento scriptorio, figura triangulari circumscribemus, transuersam lineam per inguina sursum ducentes, inijciemúsque signum per trianguli medium, postquam æger decubuerit, candens ferrum per mediam notam inprimemus, primum eleuatum, inde triangulo constans Græcæ Γ litteræ figuram repræsentans, tertio laterculari aut lenticulato totum triangulum adæquabimus, ministro per totam vstionem saniem panniculo extergente: tam altè verò aduremus, quousque pinguedinem pertingamus, idque in habitu corporis moderato, neque enim in gracilibus ob siccitatem ferrum altiùs admouendum est, ne imprudentes peritonæum aduramus: neque tamen in crassioribus pinguioribúsque, in quibus vel ante iustam vstionem pinguedo apparet: sed quantum vri conueniat, artificiosa deprehen-

Actualis cauterij applicatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

demus coniectura. Secundum vstionem ſal vnà cum porro tritus cruſtæ inſinuabitur, & inguinario in litteræ X. ſimilitudinem ligamento vtemur, per inſequentes dies remedijs, quæ cruſtam adimunt, nempe phacomelite & ſimilibus curabimus. Guido hunc habet modum. Inuerſo patiente ſupra ſcamnum, & bene ligato, & reductis inteſtinis, teſticulus ducatur vſque ſuper os pectinis, ſignetur locus atramento ſecundum quantitatem teſticuli, & reducto teſticulo per medium ſigni tranſuerſim vratur cauterio recuruo, toties quouſque ad os pectinis perueniatur, poſtea albumine oui, vt cura aliorum vulnerum curetur.

Medicamēta cauſtica ſunt in quadruplici differētia.

Modi iſti cum cauterio actuali, cum terribiles & horrendi ſint, ideo noſtro tempore intermittuntur & non amplius ſunt in vſu. Sectamur ergo iam Neotericorum rationes qui hoc cum cauſticis potentialibus efficiunt. Sunt autem cauſtica medicamenta in quadruplici differentia; alia Veſicatoria, alia cathæretica, alia ſeptica, alia propriè cauſtica dicuntur; ſub quibus continentur quæ eſcharotica vocantur. Hæc inter ſe differunt calore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

&ſubſtantiæ modo; quare & effectibus differant neceſſum eſt: actiones enim principia ſua ſequuntur, & pro modo efficientium effectus variantur. Eorum quæ actu ignita ſunt, non omnia eodem modo agere perſpicuum eſt, ſed alia debiliter, alia fortiter; prout intenſiorem ignis gradum habent ac materiam denſiorem; actiuitas enim & actus non tantum qualitatis gradum, ſed & materiæ modum conſequuntur: fortiùs vrit ferrum ignitum quam accenſa lana, & fortiùs, quod maiorem ab igne perſpicuitatem acquiſiuit. Idem in potentialibus eſt; alia intenſiorem in prima mixtione caloris gradum acceperunt, alia, ſi non intenſiorem, at ſaltem in ſolidiore ſubiecto, & notandum quod calor pro diuerſo gradu diuerſas promit operationes ſecundas. Mitis calor rarefacit, mediocris diſcutit, inſignis attrahit, maior rarificat; inde veſicat, exulcerat, vrit, incruſtat. Et ideo Veſicatoria cuticulam exurunt, cathæretica etiam carnem, ſed molliorem & ſuperficie tenus; ſeptica verò & cutim & carnem, non tantum mollem, ſed & duram & calloſam, & quoque profundè exedunt:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

edunt: adeóque ſeptica medio inter cauſtica loco ſunt, vehementiora veſicatorijs & cathæreticis, debiliora cauſticis propriè dictis & eſcharoticis. Maximam autem cum cathæreticis in natura & operando affinitatem habere videntur, tum etiam veſicatorijs, minus verò eſcharoticis; illa enim colliquando vrere videntur, eſcharotica verò incruſtando: ex quo patet in his vrendi vim multò fortiorē eſſe. Sunt autē eſcharotica ideo validiora, quia terreſtrium partium, in craſſa enim ſubſtantia magis radicatur calor quàm in tenui: nam propterea cauſtica cruſtam inferunt & magnum faciunt dolorem, Galeno teſte, quia craſſarum partium ſunt, ſeptica verò neutrum iſtorum, ob ſubſtantiæ tenuitatem. Vocantur autem eſcharotica, eo quod cruſtam generent, & ruptoria, quia cutem rumpunt. His cum maximè vtamur in curandis hernijs ideo priùs modum præparandi, poſtea modum applicandi proponemus.

Cauſtica potentialia quomodo præparentur. Notandum autem, quod hodie communiter ruptoria cum lixiuio ſeu capitello fiant: cum autem lixiuium variè poſſit parari, & prout ipſum eſt, ruptorium

quoque

quoque fortiùs aut mitiùs ſit; ideo tradam modum lixiuij componendi, eóque vtendi, Imprimis itaque fieri poteſt ex ſolis cineribus: tum autem pro vt cineres ſunt aut mitiores aut acriores ipſum quoque lixiuium variat. Mitiores cineres ſunt ex nucibus, fraxino, iunipero, ilice: ex ſarmentis vitium & fabarum ſatis acres ſunt: acriores ex quercu vetere, ex ficu & caprificu: adhuc acriores ex ſtercoribus animalium combuſtis, boum, luporum, & ex herbis vrentibus, dracontio, bryonia, ranuncula &c. acerrimi, ranarum in olla combuſtarum & magis viperarum Quo eſt maior cinerum quantitas, eò lixiuium fortiùs eſt: poteſt pro communi lixiuio vna cinerum, ad decem aquæ libras capi. Poteſt lixiuium ſolum ad ſpiſſitudinem coqui, vel addi poſſunt, quæ eius vim mitigent, vel quæ ſtimulent: ſi per ſe ſolum coquatur in ſpiſſitudinem, ſatis acre ruptorium erit: mitiùs, ſi cum oriza, frumento, pane inſpiſſatur. Communiter præter cineres calx additur ad lixiuium parandum; tunc acriùs eſt, & magis, quò plus calcis; minus, quò plus cinerum ſumitur, Communiter ſic

fit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

fit. ℞. Calcis viuæ ℔ vj. Cineris ſarmentorum ℔ xij. excipiantur ſimul aliquo magno receptaculo, quod in fundo habeat foramina, & in fundo præmittantur triticeæ paleæ, vt ſic cribretur lixiuium, ſicut mulieres parant lixiuium ad lauandum cum eo, loco ſaponis; tunc ſuperinfundendo aquam, cineres percolentur, quam oportet feruentem eſſe, vt magis acre lixiuium euadat, talis enim magis, quam frigida igneas vires abluit; & cineres bene ſint vniti & coarctati, alioqui aqua leniter defluens non valdè abradit eorum vim; infrà colatorium ſit vas aliud quod lixiuium excipiat: tunc quod deſtillat, eſt lixiuium ſaponis, quod ſeruari debet vaſe vitreo anguſti oris, &, cum vſus exigit, eius aliqua quantitas in lapidem concoqui. Illud lixiuium ſic vnica tranſcolatione factũ, fortiùs erit, ſi calx non immiſſa totis cineribus, ſed in foſſa in medio cinerum factâ, contineatur. Fortiùs erit, ſi cum calce alia quædam cauſtica aut ſeptica, vt vitriolum, ſublimatum, tartarum vſtum, ſal alcali, aut ammoniacus, ponãtur; fortiſſimum erit, ſi tum adhuc, quod ſtillauit, per nouos
cineres

cineres vſque ad tertiam vicem tranſcoletur. Si adhuc augenda vis eſt, loco aquæ calidus aliquis liquor, aut aqua cauſtica, aut decoctum acrium rerum, vt vinum maluaticum, aqua vitæ, aqua ardens, decoctum cucumeris aſinini, cyclaminis, ranunculi flammulæ Iouis, ſumi debet. Factum quomodocunque lixiuium, vel ſolum adhuc coqui poteſt ad conſiſtentiam, vel cum alijs cauſticis admixtis; quæ, quo in maiori doſi erunt, pauciora autem obtundentia aut corrigentia, eò ruptorium efficaciùs erit. Hæc eſt ratio faciendi magis vel minus efficacia cauteria ex capitello. Coctum iam in pultem lixiuium debet in particulas aut taleolas ſcindi, dum molle eſt; poſtea ab aëre induratur & lapideſcit, debétque vaſe bene clauſo & vitreato aut vitreo conſeruari, ne vis exhalet, & loco ſicco; ne ingrediens aëris humiditas ipſum fundat, eiúſque cauſticam vim remittat. Lapis ille ſic coctus, vel ſolus applicari ſic corpori poteſt vel alijs mitigantibus, anodynis aut narcoticis vel aſtringentibus, cathæreticis, ſepticis miſceri; aut ſi vis remittenda eſt, aceto diſſolui, roſaceo, adipe humano,

porcino,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

porcino, fermento, pane, paſſulis, butyro, populeo excipi. Alium modum habet Fallopius, Fernelius, Chalmeteus, Paræus, Guido, Crucius, quorum formulas hic quoque recenſebimus quia ſunt valdè celebres & omnibus alijs præferuntur. Fallopius hoc habet.

Cauſticũ potentiale Fallopij.

℞. Cinerum cali quo vtuntur vitrarij,
Calcis non extincti ana ℥ x v j.
Calchanthi ℥ i i i j.
Aluminis vſti
Fecis vini vſtæ
Salis Ammoniaci ana ℥ j.

Terantur ſimul & ponantur in vaſe teſtaceo perforato, & ſuperinfunde aquæ primæ, ex qua fiunt ſapones, tantùm, vt emineat ſuper cineres menſura quatuor digitorum. Hæc aqua cum exierit tota, eximantur cineres ac pulueres, & imponantur noui vſque ad tertiam vicem, & eandem aquam ſupereffuſam ſine tranſcolare: tunc ſine eam coqui, vel in lutum, vel in cinerem; ſi in cinerem, minus dolorifica erit, & minus valida, nam exſiccatione ſubtiliores & ignei ſpiritus exhalant; ſi in pultem, validiſſima. Hæc, inquit puls vel cum opio vel roſaceo aut

populeo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

populeo applicari poterit; vel fortioribus vt sublimato, auripigmento, chalcantho, vnà cum saliua, melle, sapone misceri. Hic lapis, inquit Fernelius, sesquihoræ spatio cutem penetrat.

Causticũ potentiale Fernelij.

℞. Vitrioli vsti ℥ ij.
Salis Ammon. ℥ j.
Calcis viuæ
Cineris è vini fæce an. ℥ iij.

Tritis omnibus affundatur lixiuium factum ex cineribus ligni ficus & tithymalorum; hoc subinde coletur, dum eorum materia tota ferè dissoluta sit; coquitur, donec lapidescat.

Causticũ potentiale Chalmetei quod lapidem infernalẽ vocat.

Aliud, quod inquit Chalmeteus, lapidem infernalem vocant; qui tam causticus est, vt intra duas aut tres horas vrat. Vas fictile exiguis in fundo foraminibus pertundito; calcem viuam, vitriolum, sal nitrum, alumen, in puluerem redacta in vas conijcito; inde lixiuium tartari feruentissimum paulatim instillato, idque ter aut quater ita percolato; liquor ex percolatione susceptus coquatur, donec lapidescat. Paræus hoc habet. ℞. Calcis viuæ ℔ iij. in scitula lixiuij fullonum calx extinguatur, subsidat & coletur; tum

Causticũ potentiale Paræi.

cape cinerum ſarmentorum vitis, fabarum, tithymalorum, quercuum ana ℔ j. ſalis nitri, ſalis ammoniaci ana ℥ iiij. trita parum bulliant & macerentur 24. horis; tum colatura quàm ſubtiliter fiat, vt lixiuium reddatur perſpicuum; poſtea in vaſe æneo bulliat ad medietatis conſumptionem; tunc adde vitrioli triti ℥ ij. bulliant iterum vſque ad eam conſiſtentiam, vt ſcindi poſſit; tunc ſcindantur cauteria omnis formæ, & ſciſſa adhuc conſolidentur, & exiccentur in trochiſcos, & vaſe clauſo ſeruentur ad vſum. Aliud quod eſt Guidonis. ℞. Calcis viuæ, ſalis ammoniaci ana ℥ xij. terantur & infundantur in lixiuio cineris ſarmentorum vitis & fabarum & ponantur in vaſe terreo perforato, vt ſubtiliores lixiuij partes ſtillent in vas ſubiectum quod tunc optimè clauſum octo diebus ſub terra ſepeliatur, hinc coletur, dein in vaſe æneo coquatur, donec parum denſeſcat & ſeruetur. Hoc habet Crucius. ℞. Capitelli de lixiuio ſaponis q. ſ. bulliat & denſeſcat, & cùm incipit condenſari, miſce pinguedinis humanæ aut vitulinæ tertiam partem, opij quartam partem, iterum bulliat donec

Cauſticũ potentiale Guidonis.

Cauſticũ potentiale Crucij.

inſpiſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

inſpiſſetur: Hoc, inquit, mirabiliſſimum eſt, & retunditur ab ipſa adipe. Aliud ℞. Salis nitri, chalcitidis ana ℥ x. in alembico exeat aqua prima, quæ non valet & eſt nigra; ſecundam, quæ clara eſt, repone in vitro, & in ea diſſolue Arſenici albi ℥ ij. Tartari albi vſti, Mercurij ſublimati an. ℥j. totum mittatur in vas æneum & lento igne ſinatur ſiccari. Et hæc ſunt cauſtica ſiue eſcharotica illa, quibus in curandis hernijs vtimur.

Sequuntur nunc formulæ, hæc applicandi; eſt autem ratio hæc ſine magno dolore, citráque hæmorrhagiam, eſt commodiſſima & tutiſſima; ſiquidem vaſa ſanguine neutiquam tinguntur, ideóque melius conſpici & tractari queunt, eóque magis optanda in maſculis quod citra teſticuli ablationem & caſtrationem perficiatur, hoc modo. *Cauſtica potentialia quomodo applicentur in curatione Herniarum.*

Cauterium potentiale paulò ſupra teſticuli regionem lateris rupti, vbi peritonæi proceſſus ſaccum ſubit, collocandum, eâ quantitate, vt ſemi digiti longitudine & amplitudine cutem mortificando, eſcharam inurat, quâ mox diſciſsâ, aliud cauterium imponendum, donec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

cute integrè ablatâ pinguedo appareat, quæ forcipe diſcindenda eoúſque, vt proceſſus vaſa ſeminaria deferens pateat. Quæ cum biduo peragantur, vaſa illa digitis à proceſſu artificiosè ſeparanda, & acu curuatâ filum ſubducendum, proceſſúſque leuiter ſtringendus, quibus nullus planè dolor infertur. Filum poſtmodum ſucceſſu temporis cum ſpontè elabatur, admotis vnguentis ſarcoticis caro calli inſtar ſenſim illic producenda, quæ eò faciliùs huic proceſſui, cùm tunica illa erythrois rubra, carnoſa, muſculoſáque ſit, accreſcet, & ſic premendo ac opplendo locum deperditæ ſubſtantiæ, viam prolapſuris viſceribus occludet, ſicque cura integrè & feliciter citra caſtrationem abſoluetur. Aliam operationis huius perficiendę rationem Theodoricus, Guido adīnuenêre. Inteſtinum omentúmque delapſa, ſic collocato ægro vt ſublatis cruribus capite ſit depreſſiore, in ſuam abdominis ſedem regerunt: inde laxiorem productionis peritonæi portionem vnáque ſpermatica vaſa, & cremaſterem muſculum ad iſchium adducunt: tum reliquum apophyſeos eius partem, conue-

nienti

nienti pro ætate & morbo, pyrotico inurunt recta ad ossis perpendiculum, qua deuoluebatur intestinum, appresso. Hac obductam arte escharam, scalpello ad viuum vsque diuellunt, hinc alterum, quod ad os vsque peruadat, pyroticum eodem loco apprimunt: tum escharæ ex apophysi commemorata concretę lapsum procurant. Relictum inde vlcus ad cicatricem perducunt, quæ mox contracto densiore callo sic intestinis omentóque obstruat, & omnem ipsis ad scrotum aditum descensúmque intercludat. Et hæc de Curatione Herniarum per caustica.

CAPVT DVODECIMVM.

De Curatione Hydroceles.

DIXIMVS superius, quando de caussis herniarum egimus, herniæ aquosæ causas vel manifestas, vel occultas esse. Manifestas, vt percussionem, collisionem, fracturam vasorum in testiculis existentium: sanguinem enim affluentem ad vasa tunc in aquosam substantiã ob partis imbecillitatem mutari. Occultam cau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſam eſſe, repletionem vaſorum aquoſa humiditate ob vitium hepatis aut lienis, cuius ratione colligitur liquor in hypochondrijs, qui facilè deſcendit. Diximus inſuper percuſſionem & Colliſionem per ſe patere, quod ſi verò corporis color & habitus ſit malus, herniam è vitio alicuius viſceris ortam eſſe. Si horum nullum, è repletione; repletionem autem fieri è nimia potatione. Aetius quidem cauſas dignoſcit ex humore ipſo: qui ſi ſubflauus & pallidus, hernia erit à repletione venarum, ſi fæculentus, à percuſſione, ſi albus, è vitio iecoris aut lienis. Aqua etiam interdum colligitur in tunica quæ proximè inuoluit teſtes, plerumque inter hanc & Erythroidem, aliquando inter Erythroidem & Darton.

Quantum igitur ad curationem huius herniæ, illa præcipuè ſicut & aliæ in morbificarum cauſarum ablatione conſiſtit, quæ quatuor intentionibus perfici poterit. Prima, obſeruatione victus aliarúmque non naturalium rerum. Secunda aquoſi humoris euacuatione. Tertia affectorum viſcerum roboratione & coctionis rectificatione. Quarta circa loca-

Hydroceles curatio quatuor intentionibus perficitur.

liâ ac topica verſatur. In prima ergo intentione quo ad Victum, ſi à nimia potione talis tumor fuerit ortus, vel ab aquoſis cibarijs, ab his abſtinendum & ſiccantibus vti debemus. Potus igitur pauciſſimus ſit, optimíque vini cui infundantur rad. Helenij, pimpinellæ. Herb. card. bened. Abſynth. ſem. Anyſi, Fæniculi, Flor. ſambuci &c. deuitet verò herbas virentes. Aër calidus & tenuis eligatur, cibi ſint calidi, ſicci, attenuantes & diuretici, vt panis cui ſal aut cuminum aut fæniculum ſit admixtum; prodeſt etiam decoctum Cicerum, Petroſelini; Saluiæ, calamenthi, & ſimilium. Carnes potiùs ſint aſſæ, quam elixæ, eæque pullorum, perdicum, auicularum montanarum, veruecis, vituli lactentis, & hœdi, ſylueſtres etiam, & minimè paludoſæ carnes aſſæ conueniũt, quæ omnes carnes ſemper aromatibus ſunt condiendæ, vt calorem ac concoctionem adiuuent. Pro potu conuenit vinum album vel ſubrubellum aromaticum, vt vinum græcum, claretum & ſimile, & potus moderatus ſit, motus ſimiliter, modo dolorem non excitet, competit, & vigilię, bono ac hilari animo ſit, vtque aluus lubrica ſit, curet.

Diæta in Hydrocele.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Secundam intentionem medicamentis per aluum aquoſos humores euacuantibus, ac etiam per vrinam ducentibus, præcipuè aſſequemur, ac etiam meatus reſerantibus, ſudorémque excitantibus & per inſenſibilem tranſpirationem reſoluentibus, vt ſunt ſequentia. Potiones deobſtruentes & præparantes.

Potiones deobſtruentes & præparantes.

℞. Rad. 5. aperient. aceto præp. ana ℥ß.
Ireos florent. ℥j.
Aſari ʒij.
Cort. ſambuci M j.
Herb. Abſynthij Mß.
Centaur. minor.
Card. bened. an. M j.
Sem, fœniculi
Aniſi ana ℥ß.

f. decoctio in ſ. q. ſeri lactis caprini deſtill. ad 3. colentur ℔ i ß. de qua colatura Mane Veſperíque tribus horis ante prandium. ſumantur ℥iij. cum ℥j. ſyr. de Eupatorio permixtæ & per octiduum continuentur. Aut.

℞. Quinque rad. aperit.
Liquiri, raſæ,
Cortic. median. fraxini &
cort. rad. capparum ana ℥j.
rad. ireos recentis,

calam.

calam. aromat.
cinnam. elect. an. ℥ß.
Herb. capill. absynth. pontic.
Cardui bened.
Hysop.
Prassij,
Fænic.
Agrim. an. M j.
Sem. Apij,
Ameos & Anisi ana ʒ ij.
fol. senn. mundat ℥ iij.
fol. soldanellæ siccor. ℥ß.
sem ebuli ʒ iij.
Turbith gummos. ʒ vj.
flor. genistæ,
persic. & cerasorum,
centaurij, aut
thamarisc. ana P j.

f. decoctio omnium in aqua chalibeata ad ℔ j. cui adde sub finem decocti, vini albi & tenuis ℔ ß. sacch rubri q s. fiat Apozema clarific. & aromat. ʒ iij. pulu. diarrhod. abb. pro 4. aut 5. dosibus.

Puluis deobstruens.

℞. Salsæparillæ & cinnam. elect. an. ʒ ij. *puluis deobstruens.*
Sem. apij, anisi & fænic. an. ʒ j.
Limaturæ chalybis ʒ i ß.
Spicenard. ℈ j.
Cantharid. præparat. ℈ ß.
Sacch. albi pondus duplum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

f. omnium puluis, cuius ℥ij. capiat mane cum pauco vino albo, & fortiter deambulet.

Nodulus laxans.

Nodulus laxans.

℞. Rad. cichorei ℥j.
fæniculi
glycyrrh. ana ℥ß.
Fol. senæ s.s. ʒx.
Rhabarb. ʒiß.
Cort. inter. sambuci
rad. frangulæ ana ʒij.
Sem. carthami ponderosi ʒiij.
Fœniculi ʒj.
Passul. min. ʒx.
Macis ʒß.
Cinnamomi ʒj.

Incisa & contusa infundantur in ℔iij. vini tenuioris, stent 24. horis, postea per triduum matutino tempore, præmisso iusculo vel brodio gallinæ, sumatur ℔ß.

Vinum medicatum.

Vinũ medicatum.

℞. Rad. quinque aperitiuar ana ℥ß.
Iridis ℥j.
Azari ʒij.
Cort. rad. sambuc.
Cort. ebuli & dulcamaræ an. ʒv.
Summitat. Absynth. ʒiij.
Maioran. ʒij.
Fol. card. bened. Mj.

Flor. centaurij minor. ʒ ij.
Genist ʒ i ß.
Sem Fænic. Anisi. Petros. ana ʒ j.
Ebuli. Hederæ ana ℈ ij.
Fol. sen. s. s. ℥ ij.
Rhabarb. opt. ℥ j.
Agarici ℥ ß.
Soldanell. ʒ iij.
Spic. schœnant. an. ʒ ß.
Cinnamomi.
Cort aurant,
citri ana ʒ j.

His omnibus arefactis ac in vase vitreo collocatis affunde Vini Mens. ij. deinde cum aliquandiu hæc infusio steterit haustus sumatur mane duabus horis ante prandium singulis vel alternis diebus pro ut operabitur.

Bolus purgans serositates,

℞. Elect. de Tamarindis cum extract. fol. senæ ℥ ß. *Bolus purgans serositates.*
Cariocostini ʒ ii ß.
Cremoris Tartari puriss. ℈ ß.
M. cum Sacchar. f. Bolus.

Potio purgans serositates.

℞. Cort. med. rad. Lauri & Sambuci ana ʒ ij. *Potio purgans serositates.*
Contundantur leuiter & coquãtur in aq. Card. bened. in colat. ℥ ij.
adde Vini albi ℥ j.

pulu.

pulu. elect. arom. rosſ.
rhab. elect. ana ʒ ß.
f. potio.

Vel

℞. Fol. ſoldanellæ ſiccor. ʒ iij.
Turbith. gummoſi &
rhab. elect. ana ʒ j.
Fol. Sennæ & Zinz ana ℈ iiij.
Diagridij ℈ ß.
Sacchari albi ℥ ij.

f. omnium puluis de quo capiat ʒ iij. mane cum decocto cicerum rubrorum aut Guaiac.

Præcipua vis expurgandi humoris aquoſi eſt in elaterio poſita, id eſt, Succo cucum. agreſt. qui bilem & pituitam vacuat, qui efficaciſſimè illum expurgat à ℈ ß ad ℈ j. qui exhiberi poteſt cum conſerua roſar. aut flor. borrag. ad ʒ ii ß.

Sudorificum. Pro ſudorifico mirè commendatur decoctum ſarſæparillæ quod ſic paratur. ℞. Rad. ſalſæparill. per tabellas diſſectæ cum ſuis capillamentis ℥ iij. infundatur in ℔ iij. aq. font. per horas octodecim tepidè, deinde decoquantur ad mediæ partis conſumptionem, colatura ſeruetur in vaſe vitreo, de qua capiat ab ℥ i ix. ad x. co-

operiatur

operiatur plus ſolito, & excitentur ſudores. ℞. Reſidentiam prædicti decocti, infunde in ℔ vj. aq. fontis per tres horas, deinde coquantur ad ℔ ij. conſumptionem, colentur, cum ſacch. & cinnam. fiat Bochetum pro potu ordinario.

Commendatur quoque Rob. Ebuli cum aq. florum ſambuci, vt eò magis obſtructiones venarum minorum aperiantur, & ſuperſtes materia per ſudorem reſoluatur: imo per vices etiam, quò per vias vrinarias ſimul ſerum ſuperabundans excernatur, ſyrupi diuretici, de Althea, de duabus & quinque radicibus, de ſemine Aniſi & ſimiles exhibendi. Exterius decoctio Becabungæ, Ebuli, cort. ſambuci. ſum Iuniperi cum baccis. Flor. chamæmeli & ſimilium, pro balneo ſudorifero ſuadenda, ſi prius aſſumatur hauſtus aq. fumariæ vel flor. ſambuci, cum pauxillo Mithridatij.

Corroborationis ergo, adeóque pro tertia intentione per vices Elect. de paſſulis vſus commendandus. Sicut etiam conſeruæ. rad. cich. cum alijs conditis hepaticis. vt.

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Conditum,

Conditũ corrobo-rans.

℞. Conseru. fol. absynth. pont.
cap. ♀ ana ℥ ß.
Conseru. rad. eryngij ʒ iij.
Nuc. mosch. Sacch. conditæ No. j.
Pulu. elect. arom. ros.
diarrhod. abb. ana ʒ j.
Confect. Alkerm. ℈ iiij.
Sacch. q. s.

fiat conditura duplici auro tecta, qua vtatur frequenter cum iusculis consummatis, aut cum vino diluto. aut ℞. Conseru. eryngij, aut nucum communium, cum Zinz, Garyophyll. Nuc. moschat. q. s. melle condit. ℔ j. capiat omni hora.

Opiata.

Opiata confort.

℞. Conseru. flor. capill. ♀
Cichorij & stœchad. ana ℥ ß.
Pulu. elect. triasan.
elect. arom. rosat. & diamosc.
ana ʒ j.
Theriacæ veteris & electæ ʒ ij.
cum syr. de Eupath. f. Opiata.

Tabellæ.

Tabellæ confortantes.

℞. Pulu. elect. diarrhod. abb. &
aromat. ros.
Santali citrini &
garyophill. ana ʒ ß.
Sacch. aq. agrim. dissolut. q. s. fiant
Tabellæ.

Puluis.

Puluis.

℞. Tabell. elect. triasand. & aromat. ros. ana ℥ ij.
Sem. fænic. sacch. condit. ana ℥ i ß.
Cinnam. elect. & garyophyll. ana ℈ j.
Sacchari albi q. s. f. Puluis.

Puluis concoctionem adiuuans.

Vel

℞. Sem. Anisi & Coriandri
Saccharo conditi ana ℥ iij.
Corall. præpar.
Sem. Citri,
Ligni Aloës.
Nuc. Moschat. ana ℥ ß.
Pulu. elect. aromat. caryoph. ℈ iiij.
Sacchari ad placitum.
f. puluis

quo vtatur post singulos pastus ad iuuandam concoctionem, nihil deinde comedendo aut bibendo.

Emplastrum
Ventriculum corroborans extrinsecè.

℞. Panis recenter ex Clibano extracti, & in vino nigro macerati q. vis.
Pul. Galangæ
Piperis.
Caryophillorum,
Nucis Myristicæ,
Mastices,
Sem. Anethi,
Cumini
rutæ
chamomeli an q. vis. Misce

Emplastrũ Ventriculum corroborans.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Miſce & cum prædicto pane ad Catapl. formam reducito, calidúmque applica.

Vnguentum Hepar roborans.

Vnguentum Hepar roborans.

℞. Vng. ſandalini ℥ j.
Sem. Apij
Petroſelini
Endiuiæ ana ʒ v.
Trochiſci de Caphura ℈ j.
Spicæ Nardi,
Squinanthi ana ʒ j.
Ol. Nardini
de Abſynthio ana ℥ v.

Miſce, & cum pauca aceti portione ſ. a. f. Vng. quo Hepatis regio inungatur.

Quartam intentionem duobus modis aſſequi poſſumus, vel enim calidis medicamentis exſiccantibus, reſoluentibus ac digerentibus contentam in particula aquoſitatẽ abſumimus; vel inciſione huiuſmodi aquoſam materiam extrahimus. Medicamenta hoc efficientia ſunt infraſcripta. Quæ exiccantia ac reſoluentia medicamenta ſemper antequam ad inciſionem veniamus, experiri debemus. Huiuſmodi verò ſunt Farina Fabacea, Lauri baccæ, Lini ſemen, Dauci, Altheæ, Nigellæ, Flores chamomeli, Fœnugræcum,

Pulc-

Pulegium, Origanum, Calaminthum, Ruta, Saluia, Abrotanum, Stœchas, Semen Agni casti, Cymini, Chamædris, Chamępythis & similia; Ex his enim fiunt Fomenta, Inunctiones & Cataplasmata. Fomentum ergo sit huiusmodi, quod primum ante Inunctionem & Cataplasma competit.

Fomentum.

Fomentū exiccans ac resoluens.

℞. Origani
Calamenthi
Pulegij
Abrotani
Chamomeli
Rutæ
Meliloti
Saluiæ
Stœchados
Fæniculi ana M j.
Dauci
Carui
Ammeos
Seminis agni casti
Cymini ana ℥ ß.

Contundantur crasso modo & in aqua q. s. bulliant ad tertiæ partis vel dimidij consumptionem; deinde dicto decocto calido spongia imbibita & expressa foueatur scrotum, & cum tepefieri incipit,

iterum dicta decoctio calida infundatur exprimatur & parti apponatur, & sic quinquies vel ſexies fiat, deinde fomentata pars ex ſiccetur, & infra ſcripta inunctione inungatur, quæ maximè reſoluit.

Inunctio exiccans & reſoluens.

Inunctio.

℞. Ol. Coſtini
Rutacei
Laurini
Lililacei ana ℥ iiij.
Euphorbij ℥ ij.

Miſce. In his calidis linea lintea infundantur, exprimantur, & ſupra ſcrotum ponantur. Deinde niſi his cedat, infraſcriptum cataplaſma, vel ſimile admoueatur.

Cataplaſma exiccans & reſoluens.

℞. Balſamitæ, id eſt, Mentæ Aquaticæ,
Calamenti
Origani,
Chamædris,
Chamæpytis.
Flor. chamomeli
Rutæ ana M j.
Farinæ fabarum,
fænugræci.
Sem. lini ana ℥ j.
Aniſorum
Cymini ana ℥ ß.

Herbæ in aqua coquantur, deinde contundantur, ſemina in pollinem redigantur,

tur, & dum herbæ contunduntur, pulueres & farinæ commiſceantur, & cum decoctione prædicta ac Oleo Rutaceo q.ſ.ſ.a. f. Cataplaſma. Vel fiat Cataplaſma cum Baccis lauri, fabarum, farina fænugræci, ſulphure, cymino. Ammoniaco, therebinthina, paſſo, oxymellite; Ol. Laurino & ſimilibus. Optimum etiam eſt infraſcriptum.

℞. Stercoris Bubuli ℔ j.
Pul. Cymini ℥ j.
Baccarum Lauri ℥ ß.

& cum lixiuio q. ſ. ſ.a. f. Cataplaſma, vel infraſcriptum quod magis digerit

℞. Fimi Columbini
Cymini,
Baccarum lauri
Caſtorei ana. p. æ.

Miſce & cum oleo roſaceo, & pauca cera coquantur. Vel.

℞. Nitri ℥ iiij.
Ceræ ℥ ii ß.
Ol. rutacei ℥ ij.
Piperis, Baccarum Lauri ana ℥ iiij.

pulueriſentur, & ſ. a. f. in Vng. formam. Vel

℞. Sulphuris ℥ ij.
Reſinæ ℔ ß.

Lithargyrij
Aluminis Saccharini ana ℥ j.
Vitrioli ℥ ij.
Ol. q. ſ.

Diſſoluatur reſina cum Ol. coletur, cum infrigidatum fuerit, imponantur pulueres alij, & in fine addatur aliquid aceti, poſtea calidum ſuper locum ponatur, quod optimum eſt. Animaduertendum tamen, quod ſemper antequam Cataplaſma, & Inunctiones applicentur, prius fomentum dictum fiat.

Exiccata aqua, ne amplius confluat, neque iterum gignatur; fomentis calidis exiccantibus, & digerentibus pars eſt roboranda, vt eſt infraſcriptum.

Fomentũ corroborans.

℞. Calamenthi
Origani
Flor. chamomeli
Meliloti
Anethi ana M j.
Balauſtiorum,
Nucum cupreſſi,
Calicum glandium ana ℥ i ß.
Symphyti
Valerianæ ana M ß.

Miſce, in Vino nigro Auſtero coque, & fac fomentum.

Niſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Nisi his cedat, ad Chirurgiam id est incisionem veniendum. Quæ ita fit; si aqua intra erythroidem contineatur, testiculus superius contineatur, id est supra fæmorum ossa, & ne intra Abdomen ingrediatur, neque iterum ad scrotum descendat prohibeatur. Quod vt bene Chirurgus assequatur, imperet assistenti vt vnã manum superius ponat; aliam inferius, penémque in aliam partem reclinet, deinde proferet vna cum scroto etiam Erythroidem tunicam, & sic aqua exibit. Si autem intra Dartum; vel in superagnata tunica contineatur, fiat incisio in ea parte, lato phlebotomo, quia magis ad inferiora tendit; incisione facta, aquam exire permittat. Si autem infirmus sit debilis, pluribus vicibus euacuetur, & si foramen sua sponte claudatur; denuò incidatur, sed alio in loco. Celsus in pueris inquit, incisio in inguine facienda, & sursum aqua pellenda; in adultis in imum scrotum & sic educenda. Alij verò apertionem caustico, vel ignitis ferramentis efficiunt, post quod, orificium apertum diu seruari debet, vel vt dicit Gal. 14. meth. cap.13. vbi iubet, vt diu foramen apertum *Incisio herniæ Aquosæ.*

teneatur argenteo vel plumbeo Syphone siue cannula; Alij vt Guido, Setone foramen apertum diu tenere iubet; Auicennas in inguinis regione candentibus ferramentis inurit, vt pars corrugetur, ne aqua descendere possit. Post incisionem, pars, vel muria, vel aliquo alio detergente, & exiccante medicamento eluenda, sed statim post incisionem ea medicamenta quæ eluendis vulneribus conueniunt imponenda, deinde deterso & expurgato vlcere & consumpto humore, cicatrix induci debet. In hac verò operatione facienda Chirurgus animaduertere debet, ne Venam vel Neruum perforet, vel testiculum tangat, quoniam putrefieret.

Cum superius dixerimus, quando diutiùs in hac hernia aqua retinetur, aliquando testiculum corrumpi. Huius enim rei in cognitionem veniemus ex fœtore & prauo colore, quando hoc esset, Didimus superiùs optimè ligandus ac arctè vinciendus, deinde aliquantisper remotè à vinculo incidendus, postea inurendus, testiculúsque remouendus, vt in herniæ intestinalis curatione fieri solet, &

tandem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

tandem locus consolidandus. Valent etiam hic omnes illi modi superius in curatione herniæ intestinalis per chirurgiam traditi; siue enim per sectionem siue per caustica tam potentialia quam actualia herniam aquosam curare volueris, cum extractione vel sine extractione testiculi, modi illi tibi erunt sufficientissimi, quos in præcedentibus capitibus inuenies.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De curatione Herniæ Ventosæ.

MORBVM aliquem cum curare volumus causam prius amouere debemus, ablata enim causa tollitur effectus. Semper itaque prius laborandum in herniæ huius curatione vt aër frigidus, humidus ac nebulosus, vt flante Austro esse solet, vitetur. Cibi similiter crassi succi & ægrè coctibiles, vt viscidi crudi & pituitosi ac flatulenti, vt legumina, castaneæ omnia dulcia, lac, caseus, caro Bubulina, Pastumina, Rapæ & similia. Cibus similiter & potus in maiori copia sumptus, & crapulæ, nimium ocium, longus somnus, otiosa & desidiosa vita, *Causæ flatuum in curatione herniæ flatuosæ amouendæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

intermittantur. Aluus ſemper laxa teneri debet, nec vlla euacuatio ſupprimi, quæ prius fuerat conſueta, vt hæmorrhoidum & aliæ euacuationes. Percuſſio ſimiliter, ac contuſio impedienda, quia hæc flatus cauſare poteſt, affectæ partis calorem debilitando, hinc debilitando, hinc etiam hac de cauſa in tali parte pituita & crudus humor generatur qui poſtea à debili calore in flatum vertitur. Pituitoſus humor etiam euacuandus, calor noſter naturalis augendus, partiúmque denſitas rarefacienda quæ talem flatulentam materiam tranſpirare non ſinit. Vt autem ſciamus quomodo flatus in ſcroto & partibus genitalibus generari poſſint, ſciendum quod Pituita vel à Cerebro, vel â Ventriculo, vel ab aliqua alia parte frigida, & humida temperie laborante gignatur; tum etiam aliquando fluat à venis maioribus ad minores & à minoribus ad minimas, tandémque ad frigidas partes in quibus dum conſiſtit, in flatum vertitur: vel in tali parte in qua flatus gignitur, ex caloris imbecillitate fuit genita, vel flatus in maioribus vaſis aliquando gignitur, & per ea excurrit, donec ad partem, in qua poſtea

Flatus quomodo generentur.

quieſ-

quieſcit, perueniat, ibíque flatuoſum tumorem excitat. Quod verò ita flatus gignatur, inquit Gal. 3. de ſympt. cauſis dicens; Quemadmodum enim frigidiſſima conſtitutio, maximè ſpirante Borea aërem ſereniorem reddit. Ac rurſus calidiſſima Æſtatis conſtitutio efficit aërem nos ambientem puriſſimum; mediæ verò conſtitutiones nebulas pariunt: ſic in animalium corporibus à ſolo moderato imbecillóque calore flatulentum gigni excrementum contingit. Etenim vt abſolutum frigus vaporem haudquaquam excitat. Sic vehemens calor excitatus magna ex parte cibum ipſum comminuit, quam vaporis generationi conueniat, niſi fortè is ſua natura ſit flatulentus. Generatur ergo flatus ex humida materia tanquam materiali cauſa, & calore minori quidem, quam qui eam materiam ſenſibili tranſpiratione digerere poſſit. Et hæc eſt cauſa efficiens. Eiuſmodi enim debilitatus calor ſuſcitare quidem vaporem ex humida materia poteſt, ſed minimè digerere. Si verò calor ſit ita imbecillis, nullus flatus gigni poteſt, cum materiam illam humidam alterare nequeat, & ideo in fla-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

tum vertere non poteſt, ſi verò validu
calor ſit, quamuis materia craſſa & viſc
da adſit, & flatus gignantur, tamen to
tam illam flatulentam materiam digerit
& per inſenſibilem tranſpirationem re
ſoluit. Si verò materia tenuis ſit, flatu
non gignitur, ſed ab eo in halitum digeri
tur, cum plus attenuet, quam pro flatu
gignendo requiratur. Temperatus vero
calor & humoris proportioni reſpon-
dens, tantum vaporis ſuſcitat, quantum
digerit, & ideo flatum non gignit. Si au-
tem cum debili calore, & humida mate-
ria adſit meatuum, per quos flatus eua-
poratur, denſitas, maior inflatio fiet, cum
alioqui ipſa per ſe cum mediocritate,
tum caloris, tum vaporis partem inflare
poſſit. Quemadmodum contra, ſi calor
ſit languidus, & vaporis copiam excitet,
& caro cutíſque admodùm rara ſit, nulla
aut exigua inflatio fiet. Tres igitur ſunt
cauſæ inflationum, materia humida, de-
bilitatus calor, & partis denſitas. Con-
iuncta cauſa eſt flatulenta materia, quæ in
ſenſibili cauitate retinetur, quæ flatulen-
ta materia vix vſquam ſola, & citra humo-
ris permixtionem colligi poteſt, tumo-
rémque

rémque excitat. His causis tres quoque respondent indicationes curatiuæ. Prima erit conuenientem victum instituere qui talem humidam materiam non gignat. Secunda pituitosam & humidam materiam præparare, concoquere & euacuare, calorémque debilem viscerum ac aliarum partium roborare; Tertia flatulentam materiam in parte contentam extenuare & meatus recludere. Primæ indicationi satisfactum spero tam in principio huius capitis quam in præcedenti quando de diæta herniæ aquosæ diximus, nam flatuosa materia vix vnquam sine humoris permixtione generari potest. Secundam indicationem assequemur, si Pituita in corpore redundet, medicamentis huiusmodi Pituitam præparantibus, extenuantibus & incidentibus, sicuti est syrupus de Hysopo, de Pulegio, de duabus & quinque radicibus, Bisantinus, Oxymel, & similes cum decocto conuenienti, vt Viticis, Nympheæ, Rutæ, Petroselini, Fæniculi & similium. Præparati, incisi, ac extenuati hnmores phlegmagogo medicamento euacuandi, quæ per sequentes formulas perfici possunt.

Herniæ Ventosæ curatio tribus absoluitur scopis.

Potio

Potio præparans.

Potio præparans Pituitam.

℞. Rad. Cichorei ℥j.
Fæniculi
Petroselini ana ʒvj.
Herb. Agrimoniæ
Marrub. albi ana M i ß.
Sem. Fæniculi
Anisi ana ʒ ij.
Cicer. rubror. ʒ vj.

Coq. in s. q. seri lactis caprini ad ʒ. colentur ℥x. adde syr. de 5. radicibus, de Hyssopo, de Pulegio, ana ℥j. Misce pro tribus vicibus.

Potio aperiens & simul purgans.

Potio deobstruens & simul purgans Pituitam.

℞. Rad. Ireos. ℥j.
Cort. inter. sambuci
Ebuli ana ℥ ß.
Fæniculi, Petroselini ana ʒvj.
Herb. Centaur. minor.
Agrimoniæ
Marrubij albi ana Mj.
Soldanellæ M ß.
Flor. chamæmeli
genistæ ana P ij.
Sem. fæniculi, carui ana ʒ i ß.
Fol. senæ s.s. ʒ x.
Turbith. opt. ʒ ij.
Sem. Carthami ponderosi.
Sum. samb. in Vere collect. ana ʒ iij.

f. de-

decoctio in s. q. vini & aquæ ad ʒ. stent in infusione per noctem: mane colentur ℥xij. ℞. Colaturæ ℥iij. syr. de spina cervina ℥j. M. f. Haustus qui reiteretur per aliquot dies.

Potio purgans.

Potio purgans Pituitam.

℞. Rhab. elect.
Agarici trochisc. an. ʒ ß.
Spicæ nard. gr. v.

infundantur in aqua fænic. express. facta dissolu. bened. laxat. ʒ ß. syr. ros. solut. ℥j. f. potio.

Bolus purgans.

Bolus purgans Pituitam.

℞. Diacatholici &
Bened. laxat. ana ʒ ß.
cum Sacchar. f. bolus.

Pillulæ.

Pillulæ phlegmagogæ.

℞. Mass. pillul. cochiar. mai. ʒj.
Diagryd. gr. iiij.
cum aq. fænic. f. pill. v. aut vij.

Si verò cum pituitæ redundantia plethora adsit, Venæ sectio etiam competit, minimè verò si sanguis non exuberet.

Calor verò diminutus, similiter roborandus, & si adsit ventriculi frigida intemperies, vel cuiusuis alterius visceris, à qua

pitui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

pituita gignatur, nõ solũ præscripto victu est corrigenda; sed etiam medicamentis interiùs assumptis, & deforis applicatis. Per os ergo per tres horas ante cibũ assumere potest, Diacyminũ, Diagalangam, Diacalaminthe, Diatrion pipereon, Diamuscum, Aromaticum rosatum, & similia: vel infrascriptam Trageam, quæ maximè à bonis authoribus ad flatus discutiendos laudatur.

Tragea ad flatus discutiendos.

℞. Anisorum, Maratri,
Carui, Dauci,
Cymini, Baccarum Lauri,
contusorum & in pulverem redactorum.
Glycyrrhizæ rasæ ana ℥ j.
Zinz. albi
Galangæ ana ℥ ß.
Cariophyllorum,
Cubebarum,
Piperis longi
Seminis Rutæ ana ʒ ij.
Anisorũ saccharo incrustatorũ ℥ iij.
Sacchari ℥ vj.
pul. & s.a. f. Tragea.

Aut sequentem confectionem in rotulis

Rotulæ ad flatus discutiendos.

℞. Spec. aromat. rosati,
Dianisi ana ʒ i ß.
Ol. fæniculi ℈ ß.
Sacch. in aq. Arantiorum solut. ℥ iiij.
f. Confect. in Rotulis.

Ad

Medicamenta quæ exterius adhibentur ad flatus discutiendos.

Ad extra similiter ventriculus infrascriptis medicamentis roborandus: inungendus ergo oleo de Spica, de Costo, de Ruta, Mastichino, Nardino & his similibus; vel huiusmodi pars rebus flatum discutientibus ac eam roborantibus fouenda. Ita similiter roborandũ quodlibet aliud Viscus, cui diminutus sit calor, & pituitosi humoris cumuli sit causa & pro ratione iacturæ eius resarciendum est, ac secundum quod magis, vel minus calor fuerit debilitatus, valentiora vel imbecilliora medicamenta sunt instituenda. Quomodo verò tertiam intentionem assequi debeamus, ac etiam quartam, optimè docent Paulus Aegin. l. 4. c. 28. Aetius serm. 15. cap. 2. Gal. 2. ad Glauc. cap. 6. & 14. meth. cap. 7. dicendo: Scopus autem omnium inflationum communis est, vt quod præter naturam est, vacuetur, in quocunque loco id contineatur. Propriùs verò scopus vt tenuissimis & calidis potestate medicamentis. Atque in ventriculo quidem inflatísque visceribus; oleum quod tenuium sit partium, quódque rutam habet incoctam, aut semen Cumini, aut Apij, aut Pètroselini id præstabit.

ſtabit. Aliquando verò cucurbita magna bis térue ſine inciſione circa ventriculum affixa tam citò hominem à moleſtia liberat, vt admirabilis ſit ea celeritas, & ferè incantationi ſimilis; at in Artubus & muſculis, qui ſub cute aut etiam membranis, quæ oſſa veſtiunt, aut teſticulos, vt in ſcroto inflammatione orta, ſi citra dolorem ſit, liquor aliquis tenuiſſimarum partium, vt lixiuium noua ſpongia exceptum abundè proderit. Sin dolor quoque vrgeat, vngenda pars eſt oleo, quod relaxandi remittendíque vim habeat: Accidũt verò huiuſmodi affectus, vbi vel muſculus vel membrana quæ oſſa circuit, eſt contuſa. At ſuper membrana quæ os veſtit, antedicta ſpongia lixiuio imbuta imponenda eſt; vehementiora enim medicamenta, quam Muſculus, admittit, propter longiorem diſtantiam ac maiorem denſitatem. Ad muſculos & teſticulos ſimul inflatos & ob contuſionem dolentes, medicamentum quod magis mitiget, eſt adhibendum, quoniam ex calidorum & acrium vſu, vt inquit Aetius partes exacerbantur, & auctis inde inflammationibus muſculi & teſtes magis læduntur, doloréſque

loréſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

préſque intenduntur. In principio ergo mitigatiora augenda ſunt, in declinatione verò diſcuſſiora. Neque repentè ab uno ad aliud tranſeundum eſt, ſed paulatim mitigatorijs detractis diſcuſſoria augenda.

In principio ergo competit Sapa cum vino & aceti pauxillo, mediocríque olei portione, omnibus vna modicè calefactis, atque ſuccida lana exceptis foueantur; Quod ſi ſuccidæ commoditas non adſit, ipſius Oeſypus inijciendus ſuprà dictæ mixturæ eſt. Præ omnibus verò curandum eſt, vt hæc calida permaneant, nec ſinenda, donec frigeant. Forinſecùs non niſi calida lana adhibeatur, & vbi calorem eius æger amplius non percipit, noua ſtatim applicetur. Ceratum etiam quod ex Oeſypo componitur ad idem non inidoneum fuerit: debent etiam contuſi muſculi & teſticuli leniri Med. cui mixta facultas ſit, quod ſimul concoquat, digerat & modicè aſtringat. Quandoquidem ſi nihil adſtrictionis ſortiatur, auget aliquando Phlegmonas, præcipuè in ijs corporibus quæ ſunt plethorica. Igitur ſi dolor vehementer vrgeat, mitiga-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

toria magis medendi ratione vteris. Si verò ille absit, maiori vi contra inflationem instabis per valentiora medicamenta, cuiusmodi sunt Lixiu. & Acet. post hæc Vinum. Quoties ergo de mitigando non laboras, illorum plus in mixtura conijcies. Rursus vbi repellere studes, vini nigri, & austeri plus quam ipsorũ immittes. At si digerere mauis, Lixiuij plus inde: Acetum verò si his miscebis ad ambo erit vtile, propterea quod mixtas habet facultates. Quod si musculi aut testiculi pron sus sine dolore sint, licet in lixiuij penuria, pro illo Aphronitrum immittere, idque minimè lapidosum, sed spumosum magis. Oleum etiam de Cheiri extractum prodest. Sed animaduertendum quod medicamenta pro patientis membri diuersitate varientur, pro ut magis vel minus densum fuerit, calidius vel frigidius, acuti vel obtusi sensus, pro maiori vel minori flatulenti spiritus crassitie, & pro ratione situs profundi vel superficialis. Vtimur autem in testiculis inflati plerumque sequentibus. Pro fomento

Fomentũ flatus discutiens.

℞. Cumini, Baccarum, Seseli, Rutæ an. ℥j fiat decoctio in vino leuiter astingente, &

lixiuio

lixiuio qua foueatur pars, sacculi quoque fiant ex milio, cumino & sale. Emplastra Vsualia de baccis lauri, de Meliloto. Minus Vsualia. vt.

Emplastrum flatus discutiens.

℞. Stercoris Vaccæ ℔ ij.
Sulphuris
Cumini ana ℥ iij.
Mellis parum.
M. & fiat Cataplas. aut
℞. Farinæ fabarum ℔ j.
Cumini, Apij
Petroselini ana ʒ iij.
Coque in vino. fiátque Cataplas.

Serapio Ceratum ex puluere Hysopi, oleo ar e hino & Cera maximè laudat: iuuat etiam Emplastrum de baccis lauri, vel de semine sinapis; vtque summatim dicam, omnia flatus discutientia, quæ sunt calefacientia, & exiccantia conducunt, vt sunt omnia aromata, semina anisorum, dauci, fæniculi, apij, petroselini, cumini, carui, seseleos; baccæ iuniperi, lauri, parietariæ, centaurium, flores chamomeli, anethi, stœchadis. Olea similiter, vt Irinum, Laurinum, Rutaceum, Costinum, Nardinum, de Spica, Ricinum, de Euphorbio, Anethinum, Chamomelinum, de nucibus, de piperibus, ex quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſimul commixtis & etiam alijs ſecundum exigentiam additis, varia medicamenta componi poſſunt, vt ſunt infraſcripta.

Vnguentum flatus diſcutiens.

℞. Ol. rutacei
Amygdl. amararum,
chamomelini,
anethini ℥ j.
Vini albi ℥ iij.
Sem. Aniſorum
Dauci
Fœniculi
Cumini
Ameos
Rutæ
Carui ana ʒ j.

bulliant ad Vini conſumptionem, & exprimantur : expreſſioni adde ceræ q. ſ. Miſce & f. Vng. ſacculi etiam vtiles ſunt, vt infraſcripti.

Sacculi flatus diſcutientes.

℞. Milij ℔ i ß.
Salis ℔ j.
fol. Artemiſiæ
Sambuc. ana M ß.
Sem. fœniculi
Carui
Cumini ana ℥ j.
Flor. ſtœchadis,
Calamenthi
Roriſmarini ana P j.

Omnia

Omnia in ſartagine torrefiant, & duo ſacculi fiant, qui generoſo vino irrigati calentes viciſſim applicentur, poſtea vnum ex Vnguentis applica vel ſupraſcriptum, vel infraſcriptum.

Vnguentum flatus diſcutiens.

℞. Ol. Nardini
Anethini
de Caſtoreo ana ℥ iiij.
Aq. Vitis. ℥ i ß.
Pulu. rad. Gentianæ ʒ j.
fol. Agrimoniæ,
Calamenthi
Origani ana ʒ ß.
Rubiæ tinctor. ʒ iij.
Squinanthi
Maſtices ana ʒ i ß.
Spicæ nardi
Croci ana ℈ iiij.
Ceræ q. ſ. M. & f. Vng.

Infraſcriptum etiam optimum eſt, & vbi cætera non profuerunt, valdè vtile fuit adinuentum.

Cataplaſma flatus diſcutiens

℞. Fæcis Ceræ nouæ ex prælo quæ
Propoli dicitur ℔ i ß.
Micæ panis furfuracei ℔ ß.
Roſar. rub. ℥ j.

Miſce & in Vino albo bulliant, deinde contunde, & adde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Piperis
Caryophill.
Nucis Myriſticæ,
Zinz. ana ʒ i i ß.
Cumini
Aniſorum
Fæniculi
Ammeos ana ℥ ß.
Ol. Chamomelini
Anethini
Rutacei ana ℥ ij.

M. & ſ. a. fiat Cataplaſma, quod calidum applica, & ſi pars in ſuperficie ſacrificetur, valentius aget.

Chirurgia ſeu Sectione flatus etiam tolli poſſunt, notandum tamen duplicem ventoſi ramicis eſſe generationem, aliam ex quatuor vaſis teſticulum alentibus, aliam ab arterijs, Darton membranarum & ſcrotum intercurrentibus. Hunc quidem ceu deſperatæ ſalutis, repudiamus: illum priorem ſcalpello curamus, vt in varicoſis ramicibus dicetur, ſingulas venas fune excipientes, deligantéſque.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De curatione Herniæ Varicosæ.

CVM nobis hæc hernia facilè nota ſit ex ſignis ſuperius deſcriptis, potiſſimum cum in ſuperficie ſcroti appareat multitudo venarum & arteriarum, cum extenſione magna totum ſcrotum inuoluente, ſicut vitis arbori inuoluitur; & ideo ab Italis quoque vocetur Vitis. Materia verò huius Melancholicus ſanguis exiſtat, à ſuperioribus partibus effuſus, & ad ſcrotum per defluxum delapſus, vel critica tranſmutatione materiarum melancholicarum, aut earundem ægritudinem terminatione. Aut fiat ob ſplenem debilem in attrahendo fæces melancholicas ab hepate; vel hepate minus expellente ſauguinem melancholicum ad lienem: nam eo meliùs propellente, ſanguis efficitur purior; alioqui craſſior euadit. Notum etiam eſt quod hanc cauſam internam etiam moueant ac iuuent externæ ſanguinem melancholicum multiplicantes; qualia ſunt animi paſſiones

contriſtantes, mœror ac triſtitia excedens exercitia vehementiora, cibíque melancholici, caro antiqua ſalſa, fumo indurata, vſus fabarum, lentium, leguminum, & ſimilium. Hæc ergò hernia, vt rectè curetur, imperandum vt ab eiuſmodi cibis craſſis & melancholicis, tum alijs rebus melancholiam producentibus, aut generantibus abſtineant, potiſſimum à cibis craſſis & melancholicis. Inde præcipiendum vt omnium primo fæcibus communibus eductis ſanguis copiosè detur ex vena lienari, nam plerumque taliter hernioſi in liene obſtructionem patiuntur, & dolorem in hypochondrio ſiniſtro experiuntur (ſplen enim huius mali magna ex parte fomes exiſtit) deinde vtendum decoctis ſanguinem depurantibus & obſtructionem lienis tollentibus, atra mox bilis purganda; & vt hæmorrhoides prouocentur vel aperiantur, præcipiendum, nam ijs aliquando fluunt & tunc plerumque retinentur. Scroto cui vtcunque adeſt inſignis durities Emplaſtrum de mucilaginibus apponi debet. Quidam in hac hernia commendant applicationem aquæ ſulphureæ, aſphaltinæ,

Hernia Varicoſa quibus curanda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ex quibus ſæpè fiant encathiſmata. Intentio enim in hac diſpoſitione eſt complicata ex applicatione reſoluentium, exſiccantium & lenientium medicinarum. Sed thermæ iam dictæ omnia hæc in ſe habent virtute naturali & conueniente. Auicenn. lib. 3. Fen. 22. tract. 1. c. 8. de cura herniarum carneæ & varicoſæ ſic inquit: curatio earum eſt curatio apoſtematum durorum: & multoties quidem ſufficit in ramice varicoſo inunctio cum adipibus lenibus & medullis. Vt itaque iſtis & ſimilibus remedijs vtantur, conſulendum; vel ijs vt alij iubent, quæ ad herniam carnoſam valent: de quibus dicemus capite ſequenti. Quod ſi autem nec illis aliquid efficiatur ad Chirurgiam deueniendum, & aut inciſione aut cauſtico potentiali, cura inſtituenda. Inciſio hoc modo fit. Vbi apta figuratione æger fuerit collocatus, attrectato ſcroto neruum à quo teſticulus dependet in inferiorem partem depellimus: qui quidem ex eo facilè agnoſci poteſt, quod cum fortis ac valens ſit, venis tenuior, ſolidiórque ſentitur, ac magis renitens, maiorémque dolorem affert, ſi comprimatur: eſtque

Herniæ varicoſæ curatio per Chirurgiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

præterea iuxta colem constitutus, quo depresso venas digitis & nostris, & ministri in scroto hinc inde apprehensas vehementer extendimus: deinde cutem contra ipsas venas acie scalpelli leuiter, atque oblique ducta incidimus, tum hamis infixis subiectas partes à cute subsecantes diducimus: venásque ipsas nudatas, acu duplex linum] ducente traijcimus, eásque sinu inciso duobus locis, & qua incipit & qua desinit varicatio, laqueis constringimus: prius tamen facta in longitudinem incisione, ac sanguine emisso: postea pus citantibus curamus, quoad vnâ cum venis vincula quoque ipsa excidant. Ita faciendum Leonides iubet, cum aliquæ ex ijs, quæ testiculum alunt, venæ varicatæ sunt: nam si ita omnes affectæ sint, vnà cum ipsis etiam testiculus erit euellendus, ne alimento amisso contabescat.

Hernia varicosa ritā cauterio curari potest.

Cauterio quoque potentiali hæc hernia curari poterit, nisi fuerit magna nimis varicatio. Si itaque magis fuerit in venis illis testiculum nutrientibus quam in scroto (tunc enim in corrosione venarum illarum amplarum nimis magna hæmorrhagia quæ succedere potest, timenda) caute-

cauterium eò copiosiùs superponendum vt non solum venas illas sed vna testiculum inurat & absumat: nam sic crusta fiet fortior & crassior quæ hæmorrhagiam sanguinis vehementiorem impediet. Formulæ ad Melancholicum sanguinem in liene præparandum & euacuandum sunt istæ.

Apozema.

Apozema ad sanguinem melancholicum præparandũ & euacuandum.

℞. Rad. Polypod.
Liquir. rasæ
cort. rad. cappar. ana ℥ j.
Summit. Thymi
Epithymi
Borrag.
Fumar.
Scolopend.
Capillorum Veneris
Altheæ & Chamæpyteos ana M j.
Sem. apij & fœnic. ana ʒ i j.
Cappar. recent. sine sale & aceto P i j.
flor. genistæ, thamarisc
borrag. ana P j.

f. omnium decoctio ad ℔ i ß. in qua dissol. syrup. de fumar. compositi & capill. Veneris ana ℥ i j. f. Apozema clarif. & aromat. pulu. elect. aromat. rosat. ℈ i i i j.

Iulepus.

Iulepus.

Iulepus ad melancoliam præparandã.

℞. Syrup. epithymi
fumar
capill. ♀ ana ℥ j.
Aq. Borrag.
Lupuli. &
florum sambuci ana ℥ iij.
Pulu. elect. diarrhod. abb. ʒ j.
f. Iulep.

Potio.

Potio melanagoga.

℞. Decoct. fol. senn.
polypod.
epithymi &
scolopend. in aq. hord. ℥ iij.
in quo dissolue Cathol. ʒ iij.
Confect. Hamech. ʒ ii ß.
Syr. Violati ℥ ß.
f. Potio.

Bolus.

Bolus melanagogus

℞. Confect. Hamech. &
Cathol. ana ʒ iij.
rhab. pulu. ℈ j.
cum saccharo f. Bolus.

Pillulæ.

Pillulæ melanagogæ.

℞. Mass. pill. Ind. & Aggregat. ana ʒ ß.
Hellebori nigri puluerif. gr. v.
cum aq. lupuli, f. pillulæ.

Clare-

Claretum laxatiuum in obstructione lienis.

Claretum laxatiuũ in obstructione lienis.

℞. Fumar. cũ florib. bene mundatæ M ij.
Cuscutæ, Scolopendr, ana M j.
Rad. Cappar. ℥ ß.
Cort. citri ʒ i j.
Fol. sen. Alexand. ℥ j.
Rhabarb. elect. ʒ i ß.
Agarici ʒ j.
Turbith.
Mechoacæ ana ʒ i j.
Zinz. Garyoph.
Cinnam. ana ʒ j.
Flor. Viol. mart.
Borrag.
Rosar. an. M ß.

Misce & decoquantur in ℔ i i j. vini generosi, relinquantur per noctem, mane fiat fortis expressio, in qua dissolue sacch. finissimi ℥ v. bulliant iterum & cum Album. vnius oui clarificentur. Dosis pro adultis ℥ i i i j. in quibus dissoluere possumus vnum aut alterum cochleare syrup. rosar. solutiui, additis olei stillat. Anisi gr. i i j.

Laudatur quoque sequens Nodulus.

Nodulus laxatiuus in obstructione lienis.

℞. Rad. cichor. ℥ ß.
Glycyrrhizæ rasæ,
Polypodij ana ʒ i j.
Cort. rad. cappar.
Citri an ʒ j.

Sem.

Sem. Anisi,
Fæniculi ana ʒ j.
Fol. card. bened.
Scolopend.
Summit. absynth. an. Pj.
Flor. Centaurij minor.
Violarum mart.
Rosar. incarnat. ana ʒ j.
Rhabarb. elect. ℥ ß. vel ʒ i j j.
Agarici trochiscat. ʒ i ß.
Fol. sen. elect. ʒ i i j.
Diagryd. ℈ j.
Galangæ. ℈ i i i j.
Cinnam. Zinz. ana ʒ ß.

Cum syndone alba vt artis est fiat sacculus laxus, qui in Vini ℔ i i j. aut mensura j. per noctem maceretur, de quo mane bonus haustus sumendus, blandè subducit aluum, & singulariter prodest Melancholicis.

Alius Nodulus sanguinim mundificans.

Nodulus sanguinẽ mundificans.

℞, Fol. sen. elect. ʒ v.
Rhabarb finiss. ℥ ß.
Agarici trochiscat. ʒ i j.
Mannæ elect. ʒ v j.
Trochisc. alhand. ℈ j.
Sum. Absynth.
Fol. card. bened. ana M j.
Flor. rosar. incarnat. M ß.

Con-

Centaurij minor. ℥ j.
Violar. martial. ℥ ß.
Rad. Cichorij ℥ iij.
Zinz. Cinnamomi.
Galangæ ana ℥ j.
Cort. Aurantior. ℥ v.
Sem. Anisi ℥ ß.

Mjsce pro sacculo qui per noctem in ℔ i ß. vini optimi maceretur, & de eo leuiter expresso, bibatur dimidia pars.

Caput Decimum Quintum.

De curatione Herniæ Carnosæ.

Licet causas & signa herniæ carnosæ siue sarcoceles superius in cap. 3. & 4. indicauerimus, notandum tamen præter prædictas causas interdum ex sanguine vnctuoso fieri in homine temperata complexione & sanguinea existente, virtute nutritiua magnam partem sanguinis transmutante & coagulante in carnositatem. Caliditas enim testium, facultatibus suis naturalibus, nempe attrahendo, apponendo & vniendo sanguinem, causat augmentum carneæ huius molis: quæ

quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

quidem aucta, membrum debilitans, per consequens generat carnositatem illaudabilem & superfluam, licet illa ab initio generationis fuerit commoda & vtilis. Hoc promouent tanquam causæ procatarcticæ omnes cibi sanguinem procreantes. Vti vitella ouorum, iura pinguia, vinum dulce, dactyli, saccharum, & omnia quæ valdè nutriunt & quæcunque ex ijs condiuntur. Fiunt quoque vt iam diximus antea, ex fluxione, aut ictu, compressione, & imperita post ramicis succisionem curatione &c. Difficile etiam in principio & potissimum magis in incremento vt in cap. 5. diximus curatur. At carnosa insignis non curatur, sed testiculus extrahendus per sectionem aut vna cum carnositate consumendus per caustica. Quæ singula quomodo fiant videbimus. Cognita ergo vbi recens malum est, hac dispositione ipsa, à principio vsque ad primam partem augmenti, facilè curari potest. Primo per sectionem venæ Basilicæ, & venæ communis; & hæc ipsa, si opus est, erit reiterando. Secundo distrahendo & diuertendo sanguinem, hæmorrhoides aperiendo cum fellis Tauri

Hernia carnosa quomodo curanda.

fricti-

frictione, aut lacte ficus, vel cum aqua decoctionis sulphuris viui. Tertio applicando cucurbitulas natibus; & carnosis partibus inferioribus coxarum & crurum. Quarto regimine cibi potúsque frigiditate & siccitate sua contraria generationi & sanguinis augmento. Quinto cum applicatione linimentorum & Emplastrorum repercutientium cum exsiccatione notabili & stypticitate; quale hoc est. ℞. granorum lentis, solani. ros. fol. plantag. ana ℔ i ß. farinæ hordei ℔ j. albumina ouorum N°. ii. coquantur omnia in aqua cum quarta parte aceti; adiecta farina, f. Empl. & tepidũ applicetur toti oscheo, seu scroto, per quinque aut sex dies. His subsequentibus multi curati ab hernia carnosa.

Emplastrum repercutiens & stypticans.

℞. Cumini ℥ i j.
Sem. fœnicul.
ammeos ana ℥ j.
Baccarum Lauri P j.
Sem. lini,
fænugræc. ana P i j.
Dauci M i j.
Fol. calamenthi.
rof. rub. ana M ß.
Flor. chamomill.
Meliloti ana M j.

Sacculus repercutiens.

 Misce.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Miſce, contundantur craſſo modo; & f. ſacculus qui ebulliat in aqua & vino.

Cataplaſma repercutiens.

℞. Farinæ fabarum ℔ ß.
Furfur. macri M j.
Flor. Chamomill.
Sem. Aniſi, fænic. ana ℥ i j.
Cumini qr. j.
roſ. rub. ℥ j.
Pulueriſentur ſubtiliſſimè, deinde
℞. Mellis pintam ß.
cum vino & aqua fabrorum. f. Cataplaſma ad modum pultis, incorporando ad ignem.

Aliud.

℞. Nucis Cupreſſi
gallarum
balauſt.
roſar. ana ℥ ß.
Gummi arab.
Tragac.
Myrrhæ
Sarcocollæ
Thuris ana ʒ i j.
Boli armen.
Litharg. ana ʒ i i j.
Ol. chamomill.
roſ. ana ℥ i i j.
Terebinthinæ ℥ i j.

Pulueriſentur pulueriſanda, & cum modica cera f, maſſa extenſibilis.

Aliud,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Aliud.

℞. Seui Arietini
Ceræ citrinæ ana qr. j.
Pul. rosſ. rub.
Maſtichis
rad. ireos ana ʒ ij.
Vng. popul. ℥ j.

Liquefiant & addantur pulueres, piſtentur, & intingantur panni linei & fiat ſparadrapum. Emplaſtrum autem ſequens maximè bonum eſt,

Emplaſtrum reſoluens.

℞. Picis naualis,
Ceræ
Reſinæ ana ℥ ß.
Galbani
Ammoniaci
Therebinth.
Bdellij
Serapini ana ʒ iij.
Aloes,
Maſtichis,
Olibani
Mumiæ
Myrrhæ
Sang. draconis
Conſolidæ vtriuſque
Ariſtoloch.
Hypociſtid.
Viſci quercini,
Gallarum,

Acaciæ,
Spodij
Balaust.
Cort. spinæ nigræ,
Sumach.
Hæmatit.
Sem. Arnoglossæ.
Nasturtij.
Lumbor. terrestr. ana ℥ ß.
Pilorum Leporis ʒ i j.
Sanguinis humani ℔ ß.

Confice sic pellem arietinam recentẽ, pilis rasis vel extractis, tã diu coque, donec dissoluatur, & cola fortiter cum sæui arietini qr. 1. sanguinis humani, aceti, & succi plantag. ana ℔ ß. & cum reliquis secundum artem misceantur addendo vtriusque consolidæ ana ʒ ß. brusci M ß. f. Empl.

His si nihil efficiatur ad causticum potentiale deueniendum, quod hoc modo fieri potest.

Hernia carnosa curatio per causticum potentiale.

℞. Saponis nigri ℥ ij.
Auripigmenti ℥ i ß.
Sulphuris viui ℥ ß.
Chalcanti combusti ʒ i ß.

Incorporentur omnia in mortario cum aqua salis ammoniaci. Hoc igitur cauterium applicetur inferiori parti oschei, vt escharam faciat amplitudinis vnius du-

cati,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

cati, & non dimittatur vltra horam, ne fiat eſchara profunda pertingens ad vaſa inuoluta, vel ad venas & arterias ibidem exiſtentes, periculum enim eſſet ſpaſmi, aut immoderatæ hæmorrhagiæ ſuperuenientium. Cum autem facta fuerit eſchara, procedatur ad mollificationem cum Axungia & Butyro recentibus vſq; ab caſum eius. Poſtquam depoſita fuerit eſchara procedatur ad curationem cum applicatione Vng. Apoſtolici deſcripti ab Auicenn. 5. cano. ſumma j. tract. de Vng. Hoc enim eliquat & conſumit carnes conuenienter. Deinde applicetur cauſticum prædictum ſuperioribus, intermedijs, & lateralibus partibus oſchei; in tantum, quod in oſcheo fiant ſex vel octo rupturæ in diuerſis locis, vt conuenienter poſſint applicari medicamina conſumptiua. Cum hæc carnoſitas conſumpta fuerit, tunc procede cum conſolidantibus, vt in alijs vulneribus & vlceribus fieri ſolet.

Herniæ carnoſæ curatio per inciſionem.

Per ſectionem, tali modo procedendum. Figurabimus ægrum, vt in curatione Epiplocelis & Enterocelis antea eſt dictum, diuidemúſque ſimiliter, & ſi quidem ex generata carne vitium teſticuli

creatum ſit, & Darton membranam & Erythroidem conſimiliter diſcindimus, deinde teſticulo eleuato, eóq; extra erythroidẽ exempto, cremaſtere ſegregato à vaſis, hæc quidem conſtringemus, illum verò nempe cremaſterẽ, amputabimus: teſticulum autem qui cum adnata carne coaluerit, ceu alienũ eijciemus. Sin hæc carnis generatio in tunica aliqua, aut vaſe fiat, ſcroto diuiſo ſubiectíſq; carni membranis, totum quod in carnem concreuit, auferemus: quod ſi poſterior cōmiſſura carne fuerit obducta, ijs quæ ambiunt ipſam ademptis, teſticulum ſimul cum ea excipiemus: quipppe fieri nequit vt teſticulus ſine hac permaneat. Cęterum tophi & in teſticulo & in membrana erythroide occalleſcunt, renixu multo, duritie & inæqualitate à carnoſo ramice & aquoſo diſcreti. His igitur manum, ſicut etiam carnoſo ramici, admoliemur.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De curatione Herniæ Humoralis.

CVM Hernia Humoralis ſit tumor, ex plurium humorum confuſione in

ſcroto,

ſcroto, vel inter tunicas quæ teſtes veſtiunt ſæpè etiam in propria teſtium ſubſtantia genitus, ideo curationem reliquis tumoribus ſimilem obtinet. Fit autem frequentiùs per viam defluxus quam per viam congeſtionis, ſi à materia calida vt à ſanguine fiat, & fit plerumque in percuſſis, verberatis, vel ijs qui ab alto cadunt, & præcipuè ex compreſſione facta ſupra nates, ſimiliter ob concuſſionem, vel fortem ſpinæ compreſſionem, vel in portantibus onera grauia, vel ob diſtentionem in lumbis factam, quemadmodum in ijs qui aliquid tendunt, vnde ſanguis ex vena caua deſcendit in ſcrotum. Per congeſtionem verò frequentiùs fit à materia frigida. Si igitur fiat à calida materia colligitur ex tenſione, rubedine, pulſatione & caliditate quæ tactu percipitur; & ſi à ſanguine, tumor & rubedo magis apparent. Ex bile ardor & dolor, calor & febris magis intenduntur. Si ex pituita, tumor mollior, & color ad album inclinans. Ex Melancholico humore, tumor durus & niger. Si inquam à tali cauſa fiat, curabitur venæ ſectione ex cubito, venæ baſilicæ, aut

Herniæ humoralis curatio ex cauſa calida.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

mediæ, ijs respondentibus quæ ad sectionem requiruntur. Purgetur æger cum infuso rhabarb. in decocto communi cum thamarindis, vel diapruno simplici; præmittatur huic clyster leniens, vt.

Clyster leniens.

℞. Rad. althææ mundatæ ℥j.
Mercurialis, Parietariæ
Maluæ.
Fol. Althææ, Violarum ana M j.
Flor. Chamomill.
Meliloti ana P j.
Summit. Anethi M ß.
Sem. Maluæ ʒ ij.
coquantur in aq. communi pro ℔ j. Colaturæ adde
Cassiæ mundatæ pro Clyst. ℥j.
Benedict. laxat.
Diacatholici ana ʒ i ß.
Ol. Amygd. dulc. ℥ ij.
Anethini
Chamæmelini ana ℥ ß.
Vitellum vnius oui
Salis communis ʒ i ß.
f. Clyster.

Regimen vitæ sit infrigidans & exiccans, à vino vehementiore abstineat, oligophoro & leniter adstringente vtatur, vel Ceuisia communi. Curatur hæc hernia facilè in principio, sæpè in septem, vel pau-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

lo pluribus diebus, si Medicus non sit negligens aut imperitus. Loco affecto, applicetur in principio, argilla, vel cimolia terra, adiecto aceto ac oleo rosꝫ vel herbis frigidis vna permixtis imponantur. Si calor sit vehementior, fol. hyoscyami, Mandrag. Papaueris addantur. In augmento, vtilis farina fabacea, lentium & muccilag. Psillij, & oleum rosꝫ In statu, adiect. rad, Altheæ. Muccil. sem. lini. In declinatione, adiectis oleis lilior. cum stercore vaccino & succo ebuli. Possunt hæc applicari in sequentibus formulis quibus multi à nobis curati sunt.

℞. Fol. Maluæ M vj.
Rad. Hyoscyami, cum folia exaruissent, propter dolorem ℥ iij. *Cataplasma resoluens.*
Flor. rosꝫ rub. M ij.
Farinæ hordei ℥ iij.
Sem. Hyoscyami ℥ j.

Herbis decoctis, floribus ac radicibus, vt erat artis, simúlque contusis, mox seminibus adiunctis, & tritis, addendo, olei rosꝫ ℥ iij. f. Cataplasma vt artis est. Si verò volueris vt magis resoluat. Sequentia addi possunt.

Rad. Altheæ ℥ iiij.
Ol. Hyoscyami *Cataplasma magis resoluens,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Viol. ana ℥ iij.
Farinæ fabarum ℥ iiij.

Post applicationem cataplasmatis huius per aliquot dies. Emplastro sequenti vtimur quod mirum in modum efficax est.

Emplastrũ emolliens & resoluens.

℞. Empl. de muccilag. ℥ iiij.
Gummi Ammoniaci
Galbani dissoluti in vino ana ℥ ß.
Misce.

Hoc emplastrum emollit & resoluit. In principio sequenti Emplastro vti possumus.

Emplastrum resoluens.

℞. Solani recentis si sit Æstas
Sicci in Hyeme ℔ ß.
Flor. ros. rub.
Fol. plantaginis ana ℥ ij.
Lentium coctarum in aceto ℔ j.
Farinæ hordei ℥ v.
Ol. rosacei q. s.
f. Empl. applicetur bis in die.

Herniæ humoralis curatio ex causa frigida.

Quod si verò hernia humoralis contingat à materia frigida, pituita prædominante, causis hanc generantibus prægressis; sicuti magna ex parte euenit hydropicis, cachecticísque, tum alijs qui cibis frigidis ac pituitosis coitúque frequentiori vtuntur, & qui inertia vitam consumunt;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

munt; frigiditas tum in ſcroto ſentitur, & fouea remanet diu in loco affecto, à digito comprimente, quod non contingit in aquoſa vel ventoſa. Hæc curatio plerumque abſoluitur quatuor intentionibus. Prima per euacuationem materiæ pituitoſę antecedentis, quæ mucilaginoſa plerumq; eſt, cum Turpetho hoc modo.

℞. Turbith. elect. ℥ij. *Puluis Phlegmagogus.*
Zinz. ℨj.
Sacchari albiſſimi ad pondus omniũ
f. puluis.

& detur cum aq. Abſynthij calidè. Secunda intentio eſt illa quæ digerit materiam quæ & medicinam iam dictam præcedere debet.

℞. Aq. Meliſſ. *Potio digerens pituitam.*
Betonic.
Abſynthij aua ℥i ß.
Mellis roſ. colat. ℥i ß.
Miſce.

Et ſi fortiùs deſideres, adde oxymel ſcyllit. vel acetum ſcylliticum cum Saccharo. Si fuerit in Æſtate, quando virides herbæ reperiuntur, ex ijſdem fiat decoctum, & colatis addantur ſyrupi prædicti. Tertia intentio apud eoſdem,

eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

eſt rectificatio membrorum naturalium, ne pituita generetur, vel ad ſcrotum aut teſticulos defluat: atque hanc abſoluunt exhibendo in diluculo ʒ j. Theriacæ Andromachi ad minus decem annorum: recens nequaquam conuenit: quo vetuſtior, eo melior. Quarta intentio eſt, materiæ coniunctæ conſumptio cum reſoluentibus: vel ijſdem vti licebit, puta topicis medicamentis, quæ valere ſcripſimus ad herniam aquoſam. Hoc autem remedium tanquam infallibile commendatur.

Medicamentum aliquod summè diſcutiens, quod extrinsecus applicatur.

℞. Sandarach. ℥ ij.
Sarcocollæ rubeæ ℥ j.
Cineris ſtipitum fabar. vel
Sarmentorum Vitis ℔ j.
Acet Scyllitici ℔ ij.

bulliant omnia cum aqua capitelli vſque ad ſpiſſitudinem, & ex ijſdem emplaſtretur calidè ſcrotum, & videbis mirabilia. Notandum tamen, materiam ſubinde tam copioſè affluere & præſertim ſanguineam, vt ſufficienter diſcuti nequeat. Tunc ergo neceſſariò ſuppurantia medicamenta adhiberi, methodúſque quæ aliàs in curationibus abſceſſuum apoſte-

matúm-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

matúmque communis & ordinaria est, obseruari debet. Præter hæc, in corporibus cacochymicis sæpissimè, quando ægri seipsos aut negligunt, aut Medicum nimis sero vocant, Gangræna superuenit, de qua tamen compendiosè aliquid in symptomatibus dicetur.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De Hernia Vmbilicali.

VMBILICI procidentiam seu eminentiam Neoterici aliqui etiam inter ramicum genera recensent, & hinc herniam vmbilicalem nominant déque illa statim post ruptiones pertractant: Haud igitur incongruum erit etiam hic de affectu isto mentionem facere. Talis partis eminentia non solum ab aquosa materia fit, sed etiam â flatu, vel ab intestinis vel ab omento, vel à carne ibi genita, quæ, vt C. Celsus lib. 7. cap. 14. inquit, oritur vel ab integra carne, vel à carne carcinomati simili: Aliquando etiam huius partis prominentia fit à sanguine: & hoc duobus modis: vel à sanguine extra vasa effuso, sicuti in Echymosi, siue Aneurismate:

Hernia Vmbilicalis vnde fiat, eiusque differentia.

vel

vel fit à ſanguine calido tumorem ac inflammationem in parte illa excitante: ſecundum ergo materiæ diuerſitatem, diuerſo nomine aliqui tales tumores nominant, vt à flatu herniam Vmbilici flatuoſam: ab inteſtinis inteſtinalem: ab omento zirbalem: à carne carnoſam, à ſanguine Emboriſmalem. Differunt ergo dicti Vmbilici tumores non ſolum nomine & materia, ſed etiam generationis modo. Illa inflammatoria vmbilici prominentia, quæ à calido ſanguine eſt facta, ſicut alij inflammati tumores gignitur: ex dolore enim Vmbilici ſanguis ad partem attrahitur, qui copia partem diſtendit, & cum ſit ibi coaceruatus, feruet, inflammationémque efficit. A ſanguine extra vaſa effuſo Vmbilici prominentia fit à caſu, ictu, percuſſione & omnibus ijs, quæ Venas & Arterias in Vmbilici parte abrumpere, vel relaxare poſſunt. Vmbilici eminentia ab inteſtinis, vel ab omento facta, à Græcis hydromphalos dicta, ob peritonæi relaxationem, vel abruptionem circa Vmbilicum factam oritur, cum quotieſcunque Peritonæum abrumpatur vel relaxetur, ſemper ali-

qua

qua materia ex dictis eo prolapsa cutem ad partes externas impellat, & ibi tumorem excitet: Rumpi verò vel relaxari peritonæum multis de causis potest; vel ob casum, percussionem, saltum, vel ob ponderis eleuationem; vel ob vociferationem, vel equitationem, vel ob flatuosorum ciborum esum, & in pueris ob diuturnum ploratum, risum, cantum, & ab his similia.

Vmbilici carnosa eminentia fit, vel ex malè talis partis curata inflammatione, vel ex mala Vmbilici præcisione ac concinnatione, sicuti in puerulis aliquando euenit, & ideo Arist. 7. de historia Anim. cap. x. monet, vt diligentia adhibeatur, dum ab obstetrice præscinditur Vmbilicus, ne aliquid peccati committatur, talísque caro, vt inquit Celsus loco superius citato, modo est integra modo erosa, pro vt bonis vel malis repletur succis; aliquando etiam talis eminentia ex flatu, vel seroso humore in partem illam irrumpente fit vt superius diximus.

Ex qua verò causa Vmbilici prominentia fiat proprijs indicijs cognosci- *Herniæ Vmbilicalis signa.*

tur

tur vt inquit Paul. lib. 6. cap. 51. & Celsus loco superiùs citato. Quoniam si à sanguine ibi inflammato gignatur, talis tumor rubicundus est, & calidus, & adest dolor ac pulsatio. Eminentia à sanguine suffuso est mollis, tactui cedens, & coloris liuidi, vel ad nigredinem vel rubedinem tendentis, & vt plurimum dolore vacans. Si fiat prominentia ab intestinis, neque dura neque mollis est, sed quodammodo media, omni frigore comminuitur & ab omni calore & retento spiritu crescit, sonat interdum, & vbi resupinatus est æger intestinis in proprium locum lapsis prominentia tota desidet, nihílque apparet, sed cum strepitu ac rugitu vt plurimum ingreditur. Quando ab omento Vmbilici eminentia fit, cætera consimilia signa, sicuti in prominentia ab intestinis facta, adsunt, sed hoc particulare habet quod tumor ab vna parte est mollior, & ad basim latus; in vertice est magis angustus, & si quis manibus apprehendere conetur, facilè elabitur, estque prorsus sine dolore, cum cæteri saltem aliquem obscurum dolorem facere soleant; & quando digitis premitur, facilè sine rugitu absconditur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

tur. Si prominentia ab Inteſtinis & Omento ſimul fiat, indicia quoque mixta erunt, & cutis in prominentijs à dictis cauſis excitatis, ſicuti à flatu totius corporis cuti concolor eſt. Prominentia quæ fit à carne, durior eſt, & prementi digito ſicuti dictæ, non cedit; ſiuéque æger ſupinus iaceat, vel ſtet vel ambulet, vel quocunque modo ſituetur, ſemper apparet, & hæc ſunt ſigna bonæ carnis. Si cancroſa eſt, eadem habet ſigna, quæ in Carcinomate. Si à flatu Vmbilici prominentia fiat, cognoſcitur, quia digitis preſſis cedit, ſed ſtatim redit, & ſi digito pulſetur, inſtar Tympani ſonitus redditur, reſupinatóque ægrotante in eadem manet figura, & cutis reliqui corporis cuti concolor eſt.

Inflammatoria Vmbilici eminentia in pueru lis præcipuè eſt maximè periculoſa, tam propter ingentes febres, quæ talem tumorem conſequuntur, tum ob magnos dolores ac cruciatus, quos tenera ætas difficulter ferre poteſt; in adultioribus eſt minus periculoſa. Flatuoſus Tumor, etſi Celſus dicat, quod Medicinam non admittat, tamen calefacienti- *Herniæ Vmbilicalis prognoſticon.*

bus medicamentis diſſoluitur ac diſſipatur: Tumor ab Inteſtinis ſiue Omento factus, quo leuior, ſiue minor eſt, & recentior, & in molliori corpore, vt pueris, eo faciliùs curatur. Quo verò maior, antiquior, & in duriori corpore fuerit, eo periculoſior eſt, & curationem difficiliùs admittit. Vmbilici ergo tumores, qui ob peritonęi fracturã fiunt, in pueris, ob corporis mollitiẽ medicamentis curari poſſunt; in Adultis, non niſi manus operatione curari queunt. Cum in his peritonæũ diſciſſum, non coaleſcunt, ſicuti Hipp. inquit, Tumor Vmbilici carnoſus, & carcinomati ſimilis cum periculo tractatur, ideo eius curatio omittenda, vt Celſus inquit. Vbi verò caro ſana adeſt, curationem admittit, vt inferius dicemus.

Herniæ Vmbilicalis curatio per diatã.

In curanda Vmbilici inflammatoria eminentia, inprimis conſiderandum, in quo corpore ſit, id eſt an in puerulo, vel natu maiori, cum ſecundum ætatem in pluribus curatio ſit varianda. Si ergo in puerulis nuper natis talis eminentia accidat, vt frequenter euenire ſolet, tota ferè curatio in dolorem lenientibus, & in nutricis victu conſiſtit; Nutricis ergo victus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ctus ſit refrigerans & humectans, præter quem anodyna affectæ parti applicanda ſunt, & à principio Oleum Roſaceum, Lumbricatum, & ſi tumor ad ſuppurationem tendat, tali oleo Oui vitellum commiſcendum; deinde pro tali tumore ſuppurando, applicetur Cataplaſma factum ex panis medulla in lacte cocta. Vel ex folijs maluæ in lacte coctis & contuſis. Si verò per reſolutionem terminari velit, dicto oleo roſaceo diſcutientia olea commiſceantur, vt eſt Liliorum alb. Chamomeli & Anethi, & quanto magis ab inflammationis initio recedimus; eo magis diſcutientia conueniunt. In Adultioribus non ſolum victum refrigerantem, humectantem & ſatis tenuem, inſtituere debemus, ſed reuulſiones etiam ac deriuationes cucurbitulis ſcarificatis & ſiccis, peccantium humorum purgatio facienda, & in adultis etiam venæ ſectio competit, & valentiora topica, tam anodyna quam ſuppurantia ac reſoluentia applicari poſſunt, prout talis tumor exigit.

Si verò Vmbilici prominentia ab Inteſtinis vel Omento ob Peritonæi relaxationem vel abruptionem fiat: Inteſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

na vel Omentum in proprium locum recondenda; Et si peritonæum sit relaxatum, constringendum ac confirmandum; si sit abruptum, vniendum ac consolidandum, vtque hoc succedat, omnes causæ quæ talem peritonæi abruptionem, vel relaxationem efficere possunt, deuitandæ, vt motus, casus, saltus, ponderum eleuatio, vociferatio, cantus, fletus, humida, frigida aëris intemperies, & venti, aluúsque lubrica seruetur, ne in conatu, quæ in fæcum excretione fit, peritonæum lædatur. Optimo vtatur victu, & potius tenui quam pleno, fugiat omnia flatulenta, humida, frigida & crassa: pro potu vtatur vino subastringenti diluto cum aqua chalybeata, in qua incoctum sit cinamomum, vel coriandri semina, vel anisorum & leuiter etiam à peccantibus humoribus corpus expurgandum. Purgato corpore & internis medicamentis & externis peritonæum consolidare, confirmare ac vnire totis viribus conari debemus. Per interna ergo in potionis vel pilularum vel electuarij formam medicamenta parare possumus, sicuti sunt infrascripta.

℞.

℞. Saniculæ vtriusque
Consolidæ maioris
Pedis Leonis
Eupatorij
Nummulariæ
Ophioglossæ ana M j.
Poligoni
Daphnoidis
Plantaginis maioris
Prunellæ ana M ß.
Rad. Cynoglossæ
Geranij sexti ana ʒ i j.
Sem. Myrthi ʒ i i j.
Balaustiorum ʒ i j.

Potio suauis consolidans.

Misce & omnia bulliant in vino rubro subastringenti ad tertiæ partis consumptionem, deinde colo transfundantur & saccharo q. s. potio suauis reddatur, de qua quotidie in Aurora dentur ℥ i j. vsque ad ℥ i i j. pro ætatis ratione. Vel

℞. Limaturæ chalybis in subastringenti vino, vel in succo mali punici præparati ʒ v j.
Sangu. dracon.
Boli Armeni Orient.
Corall. rub.
Thuris
Mumiæ ana ʒ j.
Pulu. nucum cupressi ʒ i j.

Pillulæ consolidantes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Misce cum syrupo Myrtino q.s.& f. pillularum Massa. Ex qua mane & sero per tres horas ante cibum capiatur ʒ ß. vsque ad ʒj. & superbibi potest parum Vini astringentis. Vel capiatur cochlearis dimidium, si puer sit, vel integrum si natu maior, infrascripti Electuarij.

Electuarium consolidans.

℞. Pulu. consolidæ vtriusque
Caudæ equinæ
Bursæ Pastoris
Dentis canini ana ʒ j.
Mastiches
Corall. rub.
Boli Armeni Orient.
Nucum Cupress. ana ʒ i ß.
Cinamomi ℈ j.

Misce cum melle optimè depurato, vel syr. Myrtino. q. s. & f. Elect.

Ante localium medicamentorum applicationem, vt meliùs suum præstent effectum, primum resupinandus est æger, vtque Intestina vel Omentum ad proprium locum redeant, manibus curandum. His reconditis aliquod ex infrascriptis Ceratis applicandum, & semper in eodem situ, id est supinus maneat Æger, quousque infrascripta localia Med. apponantur.

℞.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

℞. Picis naualis
Masticheѕ ana ℥ iij.
Sarcocollæ
Hypocistidis,
Acaciæ ana ℥ i ß.
Sang. drac.
Aloes
Lap. hæmathitis.
Aristolochiæ vtriusque
Thuris ana ℥ ij.
Boli Armen.
Rad. symphiti,
Gallarum
Malicorij ana ℥ iij.
Visci quercini ℥ i ß.
Resinæ. Tereb. & Ceræ q. s.

Ceratum astringēs & consolidans.

Gummis in aceto prius dissolutis s. a. f. Ceratum. Vel

℞. Gummi Arabici
Mastiches.
Boli Arm.
Sang. draco.
Tragaganthi
Glutinis siue Collæ Piscium
de corio Bouis ana ℥ ij.
Thuris & eius Mannæ ana ℥ iij.
Picis Græcæ ℥ j.
Picis naualis ℥ ij.

Prius ad ignem pices liquefiant, deinde glutina addantur, & dum omnia fuerint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

incorporata, ab igne auferantur & addantur pulueres, & fiat ſ.a. Magdaleon, cuius pars extendatur ſuper rotundum corium, quod non ſolum partem affectam, ſed etiam circumcirca aliquid ſanæ apprehendat ac complectatur. Vel

℞. Pul. ſang. dracon. in lachryma ℥ j.
Boli Arm.
Maſtiches.
Thuris
Conſolidæ maior
Nucum Cupreſſi,
Myrti
Gummi Arabici
Reſinæ
Terebinthinæ ana ℥ ß.
Picis naualis ℥ vj.

Terebinthina & Pix ſimul liquefiant, & ab igne remotis, pulueres paulatim admiſceantur, & baculo agitentur, deinde parum omnia ſimul bulliant, & poſtea fiat Magdaleon. Cuius pars vt ſuperius diximus, ſuper Corium extendatur, & quinta vel ſexta quoque die renouetur, omnia dicta Cerata in Inguinis hernia Inteſtinali etiam maximè proſunt, ſuperius adhibito vinculo, vt decet.

Niſi dicta præſidia contulerint, ad inci-
ſionem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

sionem vel vstionem deueniendum est, Celsus & Paulus & Albucasis inquiunt. Sed vt Celsus inquit, Incisio non competit lactentibus infantibus, sed adultioribus, & ijs qui tantum bono corporis habitu sunt præditi, & hæc actio tantum facienda Verno tempore, & Æstate prima. Quomodo verò hęc actio fiat, optimè docēt prędicti Autores. Ita igitur fieri debet. Patiens erectus situandus, vtq; spiritum quantum potest, contineat iubere debemus, vt tumor, quantum maximè potest, se ostendat; Deinde tota Vmbilici excrescentia scriptorio atramento circulatim notanda, & resupinato homine, digiti tumorem premere debemus, vt Intestina siue Omentum in suum locum recondantur: & si quid delapsum non fuerit, manu cogatur; post hæc scalpello tumorem, qua nota atramenti fuerit, vndique scarificabimus, & Vmbilicum hamulo eleuare, siue rursum attrahere debemus, linóque valido vel neruo, qua sacrificatio, est pars vincienda ac vehementer astringenda, ansulam nèxui superdantes; mox tumore qui constrictus est, in vertice inciso, Indicem demittemus, & ad a-

Herniæ Vmbilicalis per incisionem Curatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

mussim scrutabimur, numquid Intestini inuolucrum aliquod, vel Omenti particula simul vincta sit. Si quid horum fuerit relictum, laxato funiculi sinu, ansulam introrsum demittemus, & iterum validè deligabimus; deinde acu duplex filum trahente, per scarificationem factam traijcimus, & linorum ansulis præcisis, quatuor capitibus vndique conuolutis validissimè constringemus, & sic relinquemus, donec corpora supra vincula putrescant, & putrefacta auferamus, deinde curandum, vt caua cicatrix inducatur; sed melius est Escaroticis Med. vel ignito ferro totum id, quod supra vinculum est, adurere, & sicuti cętera vsta vlcera postea vlcus curare.

Herniæ vmbilic. a- ⁊is per v- stionem curatio.

Per vstionem curatio ita fit. Post corporis purgationem & omnia alia superius dicta, erectus situetur Æger, atque post spiritus retentionem atramento scriptorio circumcirca ad basim notato tumore, & deinde resupinato homine, & Intestinis vel Omento ad interna loca impulsis, duobus vel tribus locis inustio fiat, vel causticum apponatur, deinde Escaræ casus butyro curetur, postea valida ac du-

ra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ra cicatrix inducatur, vt in poſterum Inteſtina vel Omentum à ſe repellat. Si verò à carne, ſed non canceroſa vmbilici eminentia fiat, vel putrefactorio medicamento vel cauſtico talis caro abſumenda, vel ferro auferenda, & conuenientibus medicamentis tale vlcus poſtea curandũ.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

De Symptomatibus in Curationibus Herniarum.

HÆC maximè opus habent Chirurgo literato & docto: Medicum enim vt ſe iam præſtet oportet, qui ſymptomatibus præuenire, conſiliiſque ſuis eiſdem occurrere queat. Secare, vulnus facere, quod nec ruſticus ignorat, tantæ non eſt artis, ſed vulnus tractare & conſolidare, accidentia impedire, corrigere, non eſt res parui momenti. Multos ſcio perijſſe ex leui ſymptomate neglecto, quod facillimè impediri potuiſſet, ni craſſiſſima ignorantia & ſimul etiam ſtupidiſſima ſuperbia indoctos iſtos circumforaneos detinuiſſet; Medicum enim ſupra illa conſulere, ſubinde ſibi dedecori ducunt,

Chirurgus debet eſſe literatus & doctus ad ſymptomata corrigenda.

nec vocant, nisi ægrum in extremis ver-
Historiæ duæ de neglectis symptomatibus. sari cognoscant. Simile quid, contigit hic Monachij, dum quidam Empiricus aliàs non infimæ notæ & satis famosus inter suos, à curioso quodam aliunde vocatus fuisset ad munus hoc subeundum. Is ergo, postquam sectionẽ perfecisset, de accidentibus amplius non sollicitus, ægrum per nouem dies constipatum reliquit; at æger, cum se mirum in modum à retentione fæcum grauari & sensim corpus suum calore febrili incalescere sensisset, Empiricum suum de hac re monuit, sed frustra: neglectus enim à crassissimo & superbissimo isto Idiota, à febre miser extinctus est. Alius, cum Salisburgi Religiosum quendam Ordinis Capucinorum per Puncturam in Hernia curare conaretur, incautè arteriam tetigit, vnde tanta hæmorrhagia subsecuta vt animam cum sanguine emiserit: non enim suggerebatur illi vllum sanguinem sistendi remedium. Plures similes historias adferre possem, quas tamen recensere ob alias causas intermitto. Symptomata ergo
Symptomatum enarratio, quæ in cu- quæ frequenter accidere solent, sunt sequentia, Hæmorrhagia, Conuulsio, Dolor,

lor,

lor, Inflammatio vulneri superueniens, Gangræna, Febris cum calore corporis immodico, Lypothymia & Syncope, Constipatio alui, Alui fluxus nimius, Dolor capitis, Vigiliæ, Sitis, Ariditas linguæ, Tussis, Singultus, Cardialgia nausea & Vomitus. De quibus singulis parum tractabimus, initium sumentes ab Hæmorrhagia.

rationibus herniarum vt plurimum contingunt.

CAPVT DECIMVM NONVM.

De Hæmorrhagia.

EXCITATVR hæmorrhagia in sectione herniarum cum venulæ præscinduntur, aut cum se post sectionem incautiùs mouet æger, inuoluntarij quoque motus eandem sæpè causant, vt sunt, tussis, euomitio. Est autem magna hæmorrhagia, cum vita in sanguine consistat, & sanguis sit vitæ thesaurus, periculosa, & nisi sistatur, ineuitabilem affert mortem. Hipp. etiam 7. aph. 9. inquit, à sanguinis profluuio desipientia aut etiam conuulsio malum. Cum hoc ob multum vitalium & animalium spirituum inanitionem fiat. Vtque Gal, in eius Com. inquit,

Hæmorrhagia vnde causetur.

Hæmorrhagia magna est periculosa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

quit, Si ſola deſipientia adueniat, malum eſt; ſi verò Conuulſio ſimul tali deſipientiæ acceſſerit, deſperata eſt. Syncope etiam vt inquit Auic. ex nimio ſanguinis fluxu malum denunciat; & ſi eueniat ſingultus, eſt peſſimum, cum maximam inanitionem indicet.

Hæmorrhagia quomodo ſiſti debeat.

Vt ergo ſanguinem ſiſtamus, duo ſunt curanda; primum vt ſanguis ad partem non confluat, ſecundum vt vaſa occludantur. Vt verò ſanguis ad affectam partem non confluat, duobus modis vt inquit Auic. curari debet, vel reuellentibus & diuertentibus vel intercipientibus, & fluxionem infrenantibus præſidijs. Reuellentia verò & Deriuantia præſidia, vt inquit Auic. & Gal, 5. meth. duorum ſunt generum; alia enim hoc euacuando efficiunt: alia abſque vlla euacuatione. Quæ hoc euacuando efficiunt, ſunt Venæ ſectio, & cucurbitulæ cum ſcarificatione adhibitæ, quæ ad aliam partem ſanguinem conuertunt & retrahunt. Venæ verò ſectio in ea parte fieri debet, quæ è directo profuſioni reſpondet, quæque venæ ſanguinem fundenti eſt coniuncta. Et tantum conuenit, vbi profuſio eſt magna,

viréſque

viréſque robuſtæ, & conſtantes ſunt. Si verò minus validæ ſint, paulatim ſanguis detrahendus, & per plures vices, ſempérque anguſtum orificium faciendum, & tandem pro virium ratione detrahendus. Si verò valdè debiles ſint vires, & ſanguinis miſſionem non ferant, cucurbitulæ cum ſcarificatione ſunt affigendæ, deinde ſiccæ. Quæ verò abſque euacuatione ſanguinem reuellunt, & alio trahunt, ſunt frictiones, & vincula primum propinquioribus partibus, deinde remotioribus & vulneratæ parti contrarijs factis; ſimiliter cucurbitulæ ſiccæ, inunctiones, balnea, & tandem omnia, quæ ad contrarias partes ſanguinem retrahere poſſunt. Quæ verò ſanguinem infrænant ac intercipiunt, ſimiliter duorum ſunt generum; alia enim hoc ſanguinem incraſſando ac inſpiſſando efficiunt; alia ſtupefaciendo, craſſior verò redditur ſanguis, tum Diæta, tum Pharmacia.

Sed in Diæta inſtituenda, vires ſunt reſpiciendæ; ſi enim ſint validæ, Diæta ſit tenuis, frigida, craſſioris ſubſtantiæ, & modicè aſtringens, vt ſanguinem minuere, refrigerare, incraſſare, & in Venis reſtringere *Hæmorrhagiæ remedia per Diætam.*

ſtringere

ſtringere poſſit. Competunt ergo Lentes, Oriza, Amylum, Hordeacea Ptiſana, cucurbita, Pedes, Capita & cerebra Arietum, Vitulorum, Hœdorum, & ſimilium, ex fructibus Pyra Cydonia, Punica mala, Sorba, Meſpila, Corna, Iuiubæ, & omnes denique ſtiptici & aſtringentes fructus: Inter Olera ſunt Lactuca, Endiuia, & alia refrigerantia, & incraſſantia; pro potu ſumat aquam ſtillaticiam, Plantaginis, Endiuiæ vel Lactucæ, quibus aquis commiſceri poteſt Iulepus violaceus, vel Syrupus de Ribes & ſimiles. Si vires ſint imbecillæ, & ferè proſtratæ, victus ex ijs quæ maximè nutriunt, eſſe debet, vt vires reficiantur ac refocillentur, & ideo conueniunt Oua ſorbilia, carnes iuuenum Columbarum, Pullorum, Phaſianorum, Turturum, Auicularum montanarum, quæ omnia cum omphacio vel mali punici ſucco, vel quolibet alio adſtringenti condiri debent. Pro potu ſimiliter vinum nigrum auſterum concedendum; Aër ſit frigidus; motus vitetur. Vigiliæ item, Ira & aliæ Animi paſſiones, & Aluus lubrica ſeruetur.

Quo ad Pharmaciam, inſtituendi ſunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Syrupi refrigerantes, & modicè adſtringentes, vt ſunt Syrup. de Ribes, Myrtinus, de Roſis ſiccis & recentibus, de Portulaca, de Miua Cotoneorum, de Cichorio, & ſimiles, cum decoctis vel aquis ſimiliter refrigerantibus, & modicè adſtringentibus. *Hæmorrhagia quomodo ſuccurrẽdum per Pharmaciam.*

Stupefactio item duobus fit modis; vel ijs quæ per os aſſumuntur; vel per ea quæ de foris applicantur. Ex aſſumptis per os hoc efficit aqua frigida tantum ab initio vnica vice bibita, quantum poteſt vel in ea quantitate, vt vires ſuſtinere poſſint, quod idem etiam ſupraſcripti Syrupi efficiunt. Deforis verò applicanda ſunt refrigerantia ac repellentia præſidia, non autem ipſi vulneri, ſed circumſtantibus partibus ſecundum Hipp. ſententiam 5. Aph. 23. dicentis. Frigido verò in his vtendum, vnde fluit aut fluxurus ſanguis eſt, non quidem eodem loci, ſed ad ea loca vnde fluit admoto. Cum frigidum vt inquit dictus Autor citato Aph. & 20. eiuſdem lib. vlceribus ſit inimicum, & multa praua inducat ſymptomata. Apponenda igitur refrigerantia, & repellentia, vt procul ab affecta parte ſanguis repellatur, cuiuſmodi ſunt aqua frigida, poſca, vinum *Hæmorrhagia quomodo occurrendum topicis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

nigrum Austerum, ſucci plantaginis, la-
ctucæ, ſolani, ſemper viui, ſonchi & ſimi-
lium, quibus lintea madefacienda, & par-
tibus vulneri circumſtantibus apponen-
da, & ne incaleſcant, ſæpè mutanda. Si
verò magna ſit ſanguinis profuſio, non
ſolum linteis frigida applicata conue-
niunt, ſed omnes circumſitæ partes frigi-
da, vel poſca profundendæ, & Rhaſes iu-
bet niuem ſuper læſam partem appone-
re, quæ non tantum refrigerat, ſed et-
iam ob terrenam ſubſtantiam aſtringit;
ſyncope ſimiliter & animi deliquium to-
tum corporis habitum refrigerando, &
ad interiora ſanguinem cum calore retra-
hendo, ſanguinem ſiſtit, & hæc quoad ſan-
guinis interceptionem. Meliùs tamen ci-
tiùs ac certiùs ſanguis ſiſti non poterit
quam ſi vas ſiue venula illa quæ ſangui-
nem fundit, ſi fuerit perſpicua, ligetur &
conſtringatur filo ſerico; tunc enim digi-
tis apprehendenda, inſtárq; marſupij tra-
iecta prius acu cum filo ſericeo in vtroq;
latere liganda, hæmorrhagiǽque via in-
tercludenda. Hic modus eſt omnium op-
timus ſi fieri poſſit; nam ſanguis ſubinde
valdè eſt tenuis & calidus, nec vllis medi-
camen-

camentis incrassari vult, nec tam facilè sistitur, nisi vas illud arctissimè constringatur, quod planè medicamenta astringentia in tantum efficere non possunt, in quantum hæc suitio potest.

Causticis ad sanguinem sistendum non memini me vsum fuisse in herniosis, tamen si necessitas requireret, nec suprascriptis auxilijs vllo pacto sanguis sisti posset, scire oportet quod duobus modis fieri possit. Ignitis ferramentis vel causticis medicamentis, quibus cum calore adstringendi facultas sit coniuncta; sed ferrum ignitum causticis medicamentis melius est, quoniam caustica medicamenta putrefaciendo corrumpunt, actualis verò ignis partem roborat, similiter ignito ferramento ad libitum escaram crassam inducere possumus, minimè verò hoc causticis medicamentis facere possumus; similiter vstio igne actuali facta non dilatatur, caustico medicamento valdè expanditur. In timidis ergo, & in ijs quæ actualem vstionem renuunt, tantum causticis medicamentis vti debemus. Quando ergo ignito ferramento escara inducenda, animaduertendum vt

Hæmorrhagia quomodo sistenda causticis.

ferramentum valdè ignitum, candens &
omnino rubrum ſit, vt citiſſimè craſſio-
rem cruſtam inducat, non tamen ita ad-
urendum, vt multi faciunt, vt in carbo-
nem cruſta conuertatur, quoniam maior
ſanguinis fluxus poſtea ſequeretur, cum
maior vaſis portio deſit: Animaduerten-
dum etiam vt antequam ignitum ferrum
intra vulnus imponatur, vt vulnus à ſan-
guine quantum eſt poſſibile, ſit exicca-
tum, ne ſanguis efferueſcat, & vulnus to-
tum adurat, vel ne vice eſcaræ vaſis orifi-
cio obducendæ, ſanguis aduratur, & in
carbonem vertatur, qui ſequenti die eli-
quatur, & noua fit fluxio: ſi ergo fieri poſ-
ſit, detectum vaſis orificium ignito ferro
ſolum attingendum ſemel, vel bis aut ter,
& ſtatim extrahendum, non tamen valdè
imprimendum. Inducta ergo ſic eſcara
quam citiſſimè carnis generationi danda
eſt opera, vt antequam eſcara cadat, vas
carne ſit repletum. Eſcaræ verò caſus non
eſt procurandus, quoniam maius ſangui-
nis profluuium fieret, imo, ne cadat,
& diutiùs adhæreat, curare debemus. Hic
ergo ſanguinem ſiſtendi modus doloro-
ſus eſt, & inſignem calorem inducit, quæ
duo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

duo ſanguinis fluxum proritant. Similiter hæc curatio non eſt tuta, quoniam ſi eſcara cadat prius quam caro fuerit genita, vehementiùs vt diximus, ſanguis fluit, cum ex vſtione vaſis orificium valdè amplum fuerit redditum. His ergo de cauſis, niſi neceſſitate coacti, & vbi alia non profuerint, ad vſtionem non eſt deueniendum. Sequuntur iam pulueres conſtrictiui qui in hæmorrhagijs maximè proſunt.

Pulueres conſtrictiui ad ſanguinem ſiſtendum.

℞. Boli Armeni.
Sang. dracon.
Aloes ſuccotrinæ
Thuris ana p. æ.

Miſce, & in tenuiſſimum puluerem redigantur. Vel

℞. Pul. ſubtiliſſ. Thuris ℈ j.
Aloes part. 2.

Miſce & in durioribus corporibus ſume hæc pari pondere. Vel,

℞. Aloes ſuccotrinæ
Mannæ
Thuris,
Corticis pini,
Terræ lemniæ
Boli armeni.
Lapidis Hæmatitis.

Hypociſtidis
Croci
Gallæ immaturæ ana ℥j.

Miſce & fiat puluis tenuiſſimus. Vel

℞. Reſinæ
Colophoniæ
Pollinis
Farinæ triticeæ
Gypſi ana ℥iij.

Miſce & fiat puluis tenuiſſimus. Vel

℞. Pulu. conſolidæ maior.
Aloes ſuccotr.
Sang. dracon.
Boli Armen. ana q.ſ. Miſce.

Emplaſtica medicamenta ſanguinẽ ſiſtentia. Emplaſtica medicamenta ſanguinem ſiſtentia ſunt, Oui Albumen, Gypſum ablutum, Viſcus, Glutinum decoctum, Gluten de corijs in aqua decoctum, Amylum, Farina volatilis, Thus pingue, Tragacantha, Maſtiche, Terra ſigillata, Sarcocolla, Bolus Armen. Tela aranea molendini polline infarcta, Raſura vetuſtiſſimi lintei, Bombix vſtus, & ſimilia, miſcendo arida cum oui albumine ad mellis conſiſtentiam; ſuper cætera vero Gal. laudat infraſcriptum. ℞. Thuris ℈j. Aloes ℈ß. miſce cum oui albumine ad mellis conſiſtentiam,

ſiſtentiam, & cum molliſſimis pilis leporinis applica. Thus enim Emplaſtica facultate foramen obſtruit, & ſiccitate carnem generat. Aloe carnem generat, & vaſa aſtringit. Si verò citiùs carnem generare volumus, plus Aloes ſumendum. Si magis ſanguinis fluxui incumbere, plus Thuris. Si vtrumque expetamus, pari portione commiſcere debemus: ſic in mollioribus corporibus plus Thuris, in durioribus plus Aloes, in temperatis pari portione, & ſi magis carnem generare volumus ſang. Dracon. & Sarcocolla addenda. In pilis leporinis, qui ſumuntur circa Ilia, & Ventrem, ineſt ſumma mollities, nulla adeſt malignitas neque putredinis occaſio, & in horum defectu Goſſypium optimum eſt, cum ſiccandi vim habeat, difficulter putreſcat, nullam abeat malitiam, & valdè ſit molle. vel. ℞. Reſinæ, Colophoniæ, Triticeæ Farinæ, Pollinis tenuiſſimi, & parum Gypſi & miſce cum oui albumine ad mellis conſiſtentiam, & Pilis leporinis vel Goſſypio applica. Vel

℞. Calcis viuæ
Sang. dracon.
Aloes.

Thuris,
Vitrioli vsti ana p.æ.
&cum oui albumine, & Telis aranei incorporentur, pilísque leporinis, vel Gossypio applicentur. Vel
℞. Sarcocollæ
Granulorum interiorũ vuarum passularum,
Sumach,
Spongiæ marinæ vstæ,
Lateris vsti,
Sulphuris,
Scoriæ plumbi
Tragacanthi
Tutiæ an. p.æ.
Misce cum oui albumine ad mellis consistentiam, & pilis dictis, vel gossypio applicetur. Vel
℞. Gummi Arabici
Aloes ana ℥ i ß.
Thuris resinosi ℥ iij.
Misce cum oui albumine ad mellis consistentiam, vtque diximus applica. Gypsum similiter cum oui albumine mixtũ, potentissimum est medicamentum.

Escaram inducentia medicamenta pro sanguine sistendo. Escaram inducentia sunt, Alumen Rochæ. Vng. Ægyptiacum cum chalcantho mixtum, Oleum chalcanthi, vel sulphuris. Aqua erodens vulgo dicta da partire. Arsenicum sublimatũ, Pastilli Andronis,

Musæ,

Musæ, Polyidæ, Pasonis, Ioannis de Vigo, vel ex charta Gal. quibus pastillis præcipuè vtimur, quando ex erosione sanguinis profluuium euenit. Præcipitatum similiter, & oleum Mercurij, & multa alia. Vel infrascriptum.

℞. Vitrioli citrini ʒ x.
Thuris pul. ℥ j.
Aloes, Glutini sicci ana ℥ ß.
Arsenici ʒ ij.
Pul. subtiliss. Gypsi ʒ x.

Misce & in Licinijs ponatur, inspergatur orificijs vasorum, cui si addatur sang. drac. & Hypocistidis puluis magis adstringens reddetur & est Auic. Vel.

℞. Chalcitidis ℥ j.
Chalcanthi ℥ ß.
Mysios torrefacti
Aeris vsti ana ʒ ij.
Aeris non vsti ʒ i ß.

Misce & f. puluis tenuissimus. Vel.

℞. Chartæ combustæ
Plumbi vsti
Aeris vsti
Arsenici
Squamæ ferri ana ℥ ß.
Sulphuris viui ʒ i j.

M. & fiat puluis tenuissimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

CAPVT VIGESIMVM.

De Conuulsione.

CONVVLSIO, ab Hipp. lib. 5. aphor. 2. Vulneri superueniens semper lethalis habita, pessimum est symptoma, quod frequenter castratis accidit. Est symptoma in genere actionis motricis deprauatæ, sequitur morbum in continui solutione plerumque nono aut vndecimo die. Causæ sunt, vulnus ipsum in quo læditur neruus à sexta coniugatione ad testiculum procedens, multum autem læditur per tractum illum quando peritonæi processus vnáque neruus ille à partibus quibus adhæret diuellitur. Reliquæ causæ omnes reduci possunt ad euacuationem & repletionem nimiam. Ad euacuationem, vt in copiosa & immoderata sanguinis profusione, quæ vbi in vulneribus accidit malum esse, testatus est Hipp. 5. Aph. 3. dicens, A copioso sanguinis fluxu singultus aut Conuulsio mala. Ad repletionem. Cum vulneri superueniat Conuulsio Inflammationis sequentis ratione, quoniam cum neruosæ partes pungantur, ac ab acri materia stimulentur,

Conuulsionis causæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

tur, dolor excitatur, & expultrix facultas ad partem punctam ac dolentem humores transmittit, obque subitum humorum confluxum neruosæ partes replentur & fit inflammatio, & ab inflammatione tanquam causa replente Conuulsio oriri potest. Quod verò ex cerebri consensu fiat Conuulsio dixit Gal. cap. 92. Artis medicinalis, inquiens; Nerui verò punctura propter sensus vehementiam, & quoniam hæc pars principio, id est, cerebro connectitur, prompta est ad neruorum conuulsionem excitandam. Vera igitur Conuulsio tantum ab inanitione & repletione fit. Illa verò quæ fit per consensum, quam dixit Auic. esse spasmum, ad materiam non proportionatum, potius est conuulsiuus motus, quam conuulsio, quatenus cerebrum vel neruosæ partes stimulatæ ad expellendum, quod sibi noxium est, contrahuntur, & conuelluntur, & sic conuulsiuos motus efficiũt.

Conuulsionis signa.

Signa conuulsionis alia sunt præcedentia alia concomitantia; & ex his alia affectam sedem, alia morbi causam indicant. Præcedentia signa sunt. Vulnus ipsum, colli dolor dorsi ac cubitorum. Similiter

militer tumores poſt aures cum tremore, & capitis acuti dolores, linguæ & mandibularũ difficilis motus, dentium agitatio. Signa concomitantia ſunt, manifeſta neruorum, & muſculorũ verſus ſuam originem præter voluntatem contractio, & ita membra rigida, contractáque redduntur, vt ad priſtinum ſtatum reduci non poſſint, & plerumque vehementiſſimus dolor adeſt. Signa ſedem affectam indicantia ſunt, quod ſi faciei muſculi conuellantur, cerebrum eſſe affectum indicant: ſi omnes infra faciem partes ſint conuulſæ, medullæ ſpinalis principium; ſi verò aliquam particularem partem Conuulſio apprehenderit, particulares illi nerui, qui ad illam partem perueniũt, affecti erunt. Signa morbi cauſam indicantia, & primum inanitionẽ ſunt, vt inquit Gal. 3. de locis aff. quod huiuſmodi conuulſio non repentè, ſed paulatim fit, & ſemper aliqua cauſa præceſſit quæ immodicè corpus euacuauit, neruoſáſque partes exſiccauit, & exinaniuit, vt immodicus Alui fluxus, ſudor, vomitus, ſanguinis hæmorrhagia, vigiliæ, inediæ, ſollicitudines, & aridæ ac æſtuantes febres, aliæque cauſæ

immo-

immodicè corpus exſiccandi vim habentes. Quæ omnes cauſæ in ſectis aut caſtratis vt plurimum accidunt. Quod ſi repentina fiat conuulſio, ſignum eſt, oriri à repletione; ſicuti ſi oriatur ab inanitione, ſemper aliqua euacuatio, vel aliquis affectus, qui euacuauerit & exiccauerit præceſſit. Conuulſiui motus per conſenſum facti ex affectus cognitione partis communicantis facilè cognoſcuntur, vt ſi in vulneribus, ab externis cauſis excitentur, dignoſcuntur, quia dolore, morſu, & maxima moleſtia affligunt, & vehementiſſimè laborantem torquent, atque excruciant.

Conuulſio, omnium conſenſu, paſſio periculoſa eſt, & illa quæ à vulnere fit, eſt pernicioſa, vt inquit Hipp. 5. aph. 2. cuius cauſa eſt, vt inquit Gal. in eius Com. quia in vulneribus inflammationis ſuperuenientis ratione conuulſiones fiunt, poſtquam neruoſas partes tentauerit. Ac primum quidem conuelluntur partes è directo inflammationi reſpondentes, deinde vbi ipſum etiam principium prehenderit inflammatio, in totum corpus conuulſio diſtenditur. Conuulſio ab euacua- *Conuulſionis prognoſticon.*

tione

tione & inanitione pessima est, vt Hip. sequentibus sententijs testatur. 3. enim aph. l. 5. inquit. A copioso sanguinis fluxu singultus, aut conuulsio mala; & 7. Aph. 9. dixit, A sanguinis profluuio desipientia, aut etiam conuulsio malum &c. Galenus quoque lib. de Tremore, Palpitatione & Conuulsione, circa finem dixit: Conuulsiones, quarum siccitas causa est, minimè medicaberis: nam sic affecti citissimè intereunt, nec medicamenta sibi ipsis vtilia excogitari permittunt. At quæ ex humorum copia, vel ab inflammatione eueniunt, humorem euacuando, repletionem & inflammationem proprijs remedijs medendo, ipsas curare poteris. Et Com. 4. & 7. lib. 5. Aph. inquit, Conuulsio quæ fit ab euacuatione, acutissima est, & pernitiosissima, quæ verò à neruosarum partium repletione, neque acutissima, neque similiter periculosa.

Conuulsionis curatio. Quantum ad Curationem, animaduertendum in omnibus conuulsionibus tam per se, quam per consensum, & ex quibuslibet causis ortis, semper cerebrũ esse roborandum, & ideo oleo liliorum, vel alijs quæ inferiùs dicentur, pars capi-

tis

tis posterior, abrasis capillis, continuò fouenda, vt & Ceruix, Collum, tota Spina, Axillæ, & Inguina: & Balnea etiam, vel ex simplici oleo vel ex Hydroleo, vel decoctis superiùs dictis conuenientissima sunt. Si verò in exacerbatione maximè dentes agitentur, ne ex toto os claudatur, & ne lingua vitietur, Baculum salicis, vel quid simile inter dentes ponendum, & circa vniuersalia, vbi sunt opus, fiat vt inferius dicetur.

Conuulsio igitur ex inanitione, licet ab Hipp. & Galen. & omnibus alijs pro desperata habeatur & nunquam curetur. Tamen non omnino destituendi ægri, & absque vllo præsidio relinquendi, cum multa præter Medici spem aliquando eueniant. In huiusmodi ergo curatione Medici intentio in humectando consistere debet, & manifestum est, hanc potius alimentis, quam medicamentis fieri debere. Aër ergo humidus eligatur; cibi sint humectantes, optimi alimenti, & facilis concoctionis, sintque liquidi, cum faciliùs sit potu refici, quam cibo, vt inquit Hipp. 2. aph. 9. vt sunt Iura, & contusæ carnes pullorum, hædorum, agnorum, *Conuulsionis ex inanitione factæ curatio.*

veruc-

veruecum & similium, & cum huiusmodi carnibus emollientia olera coqui possunt, vt malua, beta, lapatium & similia. Conueniunt etiam oua sorbilia, lac, animalium cerebella, hordei ptisana, amygdalarum succus & similia. Pro potu, si febris adsit, competit aqua, in aqua incoctum sit hordeum, liquiritia & iuiubæ, & nisi febris adsit, vinum optimè dilutum, vt inquit Rhases, dandum est. Et si puerulus conuulsione laboret, huiusmodi victus nutrici instituendus. Maneat in quiete & in mollissimo cubili iaceat. Somnus longus competit, cum humectandi corpora vim habeat; & omnes animi curæ deuitandæ; sic aluus lubrica seruari debet mollientibus clysteribus, vt ex lacte, vel dulcissimo oleo, vel violarum, vel pinguis carnis iure & similibus: & si coacti simus aliquod medicamentum propinare, à lenioribus non est discedendum, vt à Manna cum pingui iure dissoluta, vel à syrupo violaceo solutiuo.

Conuulsionis ex inanitione factæ curatio per Topica

Quo ad Topica. Cum Medici intentio in hac affectione curanda in humectando consistat, ideo non solum per interiora hoc fieri debet, sed etiam per exteriora, &

ideo

ideo nisi adsit febris, neque quid aliud prohibeat, ab omnibus balnea moderatè calida laudantur, vel ex dulci aqua, vel ex aqua, in qua inferbuerint multa emollientia, vt Altheæ radices, folia Maluarum, Violarum, Betarum, Salicum, Nenupharis, Brancæ vrsinæ, radices Liliorum, capita & extremitates, & intestina Agnorum pinguium, Hœdorum, Veruecum, Vitulorum, & si cum dicta aqua simplici, vel suprascripto decocto tertia pars olei admisceatur, magis humectabit, cum oleum aqua mixtum magis humectet, laboresque & lassitudines tollat, vt inquit Arist. 5. sect. prob. 6. & alij simplicis olei balneo vtuntur, alij lactis. Cauendum tamen ne in balneo, vel extra ægri sudent, quoniam magis exsiccarentur. Et ad retinendam humiditatem balneo contractam, inungenda, leuiter fricando, pars capitis posterior, & collum, scapulæ, spina, & iuncturæ omnes, musculorúmque capita oleo rosaceo simpl. violaceo, vel amygdl. dulc. vel quibuslibet alijs humectandi vim habentibus, vt vetusta pinguedine, Pulli, Anseris, Anatis, Butyro, oleo Liliorum, & his similibus, vel his

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Vng. componatur. Si verò febris adſit, cum humectantibus aliqua refrigerantia in balneo coqui debent, vt eſt Hordeum, Violarum folia, Salicum, Nympheæ, Cucurbitæ, Citrulli & ſimilium. Niſi verò ad balneum duci poſſint, partes conuulſæ continuò Hydroeleo temperatè calido, vel oleis pinguedinibus ſuperius dictis fouendæ & leuiter fricandæ. Et ſi brachia ſint conuulſa. Collum, Spina, Axillæ & aliæ Brachiorum iuncturæ præcipuè inungendæ ac fricandæ, ſæpè verò & breuibus interuallis prædictis inunctionibus, fomentis & balneis vti debemus, quia Conuulſio hæc acuta & periculoſa eſt, & acutiſſimos dolores ac vehementiſſimos inducit, & ideo nunquam ſine præſidio relinquenda, & ex ſupradictis emollientibus etiam compoſita cataplaſmata applicari poſſunt.

Conuulſionis ex repletione curatio per diatã. Conuulſio ex repletione cum ex Hip. & Galeni opinione curabilis ſit. Ideo cum neruoſæ partes in illa ſint nimis repletæ, nemini eſt dubium quod euacuatione indigeant. Igitur quo ad ſex res nonnaturales, Aër ſemper calidus & ſiccus eligendus, & ideo in Ægrorum cubiculis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

culis ſemper habeatur ignis. Cibus ſit ex ijs quæ facilè concoquuntur, & incidendi, & attenuandi vim habent, vt ſunt ius Pulli, in quo incocta fuerint Hyſopus, Sambſuchus, Betonica & Saluia; carnes Pullorum competunt, Perdicum, Phaſianorum, Auicularum montanarum, Syluestrium columbarum & ſimilium: & primis diebus victus ſit tenuis, deinde perdurante conuulſione, paulatim augeatur, & dicta concedantur. Pro potu à principio vinum prohibendum, vt inquit Celſus, cum à proprietate conuulſionem inducat, vt inquit Hipp. 5. aph. 5. & 2. de morbis. Sed danda mulſa, vel aqua, in qua inferbuerint Coriandrorum ſemina, & Cinamomum, vel Guaiaci ligni decoctum. Vbi verò morbus inclinare cœperit, concedendum vinum album, aquoſum, & aurei coloris, ne caput tentet ac repleat, humorúmque attenuationem ac diſſipationem adiuuet, & in tali ſtatu Hipp. 4. de acutis vinum commendauit, vt & Auic. Serapio, & alij, quod Celſ. non prohibuit. Motus mediocris à principio conuenit, ocium verò & quies vitanda, cum membra hebetent & refrigerent,

poſt corporis purgationem & totius euacuationem, corpus exercendum. Somnus potiùs breuis, quam longus conuenit; præcipuè verò diurnus, & meridianus vitandus. Aluus lubrica ſeruetur, & conſuetæ euacuationes continuò proritentur; à Veneris vſu abſtineant, & à nimia & intenſa cogitatione, & mœrore etiam, aſſiſtentium ſermones hilares ſint, vt & ægrotantium cogitationes.

Conuulſionis ex repletione curatio per euacuationẽ.

Poſt victum inſtitutum, ad ea quæ corpus euacuant, deueniendum eſt, & præcipuè ab omnibus Autoribus, ſi plenitudo adſit, & omnes conditiones ad ſanguinis miſſionem faciendam requiſitæ. Venæ ſectio laudatur, & etiamſi conuulſio à cauſa frigida oriatur, modo plenitudo adſit, & conuulſio ab ea foueatur, ex Aretæi ſententia, venæ ſectio competit, quod ſcriptum etiam reliquit Gal. in ſermone de Tremore, priùs verò indito clyſtere, vel ſi opus ſit leniente Med. præcipuè ex Hiera Pic. Gal. exhibito, ſicuti iubet Gal. lib. de ſang. miſſ. & 9. Meth. Vena verò tundi debet in parte conuulſo membro oppoſita; & ſi faciei muſculi ſint conuulſi, aliæ ſuperiores partes, Cephalica vel

com-

communis vena secanda, Basilica verò si inferiores partes, & animaduertendum, ne in venæ sectione facienda brachium nimis arctè stringatur, cum valida constrictio conuulsionem prouocet, vt Aret. voluit. Quantitas verò sanguinis etsi esse debeat secundum vires, ætatem, temperamentum, anni tempus & alia in sanguinis missione requisita, tamen magis ad paucam quantitatem, quam magnam inclinare debemus, ne vires debilitentur, quæ quantum est possibile, robustæ seruandæ, vt symptoma postea superare possint, cum aliquid etiam symptomati concedendum, vt inquit Gal. 1. ad Glauc. c. 14. Facta venæ sectione, vbi est opus ad humorum præparationem deueniendum, & secundum humorum peccantium diuersitatem syrupi instituendi, vt si Pituita redundet, syr. de Betonica, de Stœchade, de Hysopo. Oxymel. s. vel sqilliticum, cum decocto conuenienti competunt, & concocta materia, purgans Med. instituendum, ex Hiera, Agarico, Diaphœn. vel Pillulis Fœtidis, Cochijs, de Agarico, de Hermodactylis & similibus. Si Melancholicus humor

redundet, ſyr. de Fumaria, de Lupulis, de Pomis, de Eupatorio cum decocto conuenienti competunt, & purgantia ſint Elect. Hamech. Pilulæ Indæ, de Fumaria, & alia Melancholicum humorem euacuantia. Niſi verò vna purgatio ſufficiat, repetenda bis, & ter ſi fuerit opus. Reuulſiones verò interim in oppoſita parte faciendæ, Frictionibus, Cucurbitulis, acres etiam Clyſteres, & Glandes Indendæ, præſertim ſi ſuperiores partes fuerint affectæ, & poſt vniuerſalem purgationem caput etiam Errhinis, Maſticatorijs & Gargariſmatibus purgandum. Errhina fiant ex ſuccis Mercurialis, Betæ, Ireos, vel ex decocto Pyretri, Ireos, foliorum Calamenti, Origani, Stœchadis, Nigellæ romanæ, Agarici & ſimilium. Maſticatoria ſiue Apophlegmatiſmi dicti, fiant ex Pyrethro, Maſtice, Pipere, Staphide Agria & Zinzibere. Gargariſmata fiant ex decocto Sampſuchi, Hyſopi, Calamenti, Pulegij, Origani & ſimilium, cum ſqillitico Oxymellite, vel Syrupo de ſtœchade mixto. Sternutatoria competunt ex puluere Piperis, Pyretri, Veratri albi, Euphorbij, Staphidis Agriæ & ſimilium.

Poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Post optimam corporis purgationem, ligni sancti decoctum maximè est vtile, quod validiùs, vel imbecilliùs secundum vires corporis, habitum, ætatem, anni tempus, & alia requisita instituendum. Recordandũ etiã quod in huiusmodi curatione maximè cerebrũ & ventriculũ roborare sit vtile, & ideo post totius purgatoinẽ bis vel ter in hebdomada mane ieiuno ventriculo Theriacæ veteris ℈j. vel ʒ ß. Æger assumat, vel Mithridatium, vel Diamuscum dulce, vel Amarum, auream Alexandrinã, Aromaticũ rosatũ, Dianthos Diagalangam, & conseruam Betonicæ vel Saluiæ, quibus conseruis, si aliqua Castorei portio admisceatur, maximè erit vtile, & magis materiæ absũmptionem iuuabit. Maximè etiam est vtilis illinitio & frictio facta ceruici, toti spinæ, & iuncturis, & denique toti affectæ parti infrascriptis oleis, & oleo Vulpino vel Guaiacino, vel simplici centum annorum, Nardino, Rutaceo, Costino, vel ex Terebinthina, vel Laurino, vel ex Pulegio, vel Liliorum alborum, & si emollire sit necesse, commiscendum oleum sem. Lini vel Amygdl. dulcium. Et si volumus, vt magis resol-

Conuulsionis ex repletione curatio per topica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

uant, his admiſcendum Elixir vitæ vel ardens aqua, vel Caſtorei, vel Euphorbij, aliqua pauca portio, vel ex his comp. Vng. fieri poſſunt, vt ſunt infraſcripta.

℞. Ol. Vulpini ℥ iij.
Liliorum
Lumbricati
Anethini ana ℥ ij.
Pinguedinis Gallinæ,
Medullæ cruris Vituli ana ℥ j.
Vng. Dialtheæ ℥ iiij.
Caſtorei, Piperis ana ʒ iij.
Euphorbij ʒ ß.
Aq. Vitæ vel Elixir vitæ ʒ iij.

Ceræ q. ſuff. Miſce & ſ. a. f. Linimentum. Vel.

℞. Ol. Muſcellini ℥ j.
Petrolei ℥ ß.
Ol. communis
Butyri ana ℥ iiij.
Styracis calamithæ rubræ ana ʒ ii ß.
Maſtiches,
Olibani,
Gummi Hederæ ana ℥ ß.

quæ facilè liqueſcunt, igni admoueantur, alia in puluerem redacta admiſceantur, vltimo ſtyrax addatur & ℥ j. ceræ & f. a. f. Vng. quo moderatè calido, in loco calido, vt apud ignem pars affecta, ceruix,

collum,

collum, & tota ſpina, & iuncturæ inungantur, partes verò inunctæ & præcipuè conuulſæ pellibus Vulpium, vel Luporum & ſimilium calidæ ſeruandæ.

Poſt optimam corporis purgationem & exiccantia medicamenta aſſumpta, ad reliquum materiæ auferendum & partes roborādas, Thermalia balnea ſulphurea, nitroſa, ſalſa, bituminoſa, & aluminoſa, maximè ſunt vtilia, & lutum etiam, quod in his balneis coadunatur, ſi ſuper affectam partem apponatur, & illiniatur, maximè eſt vtile. Vel fiant artificialia balnea ex oleis prædictis, vel in aqua coquantur malua, althea, betonica, ſampſuchus, pulegium, hyſopus, calamentum, origanum, iua. Flores chamomeli, ſaluia, ſtœchas, anthos, melilotum, lini ſemen, fœnugræci, & ſimilia, & ex hoc decocto balneum paretur. Cui ſi dictorum oleorum tertia pars addatur, magis aget. Vel fiat ſuffitus, vel æger dictarum herbarum vaporem, dum coquuntur, ſuſcipiat, vel huiuſmodi decoctum ſuper molares ignitos lapides iniiciatur, & toto tempore fumum recipiat, vtque hoc optimè fiat, danda eſt opera, ne quid exhalet, & poſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

balnea vel huiuſmodi ſuffitus, vt ſuperius fuit dictum, partes inungendæ ac confricandæ, deinde contegendæ, ſicuti fuit dictum.

Conuulſio ex Inflammatione quomodo curanda.

Si verò ex inflammatione Conuulſio fuerit orta, non ſolum tenuis victus inſtituendus, & aquæ potus: ſed & ſanguis largiori copia mittendus, quam in Conuulſione ex alijs cauſis orta, & inflammatio rectè per tempora ſua curanda, & remota inflammatione Conuulſio vt iam dictum eſt curanda. Hæc verò Conuulſio ex inflammatione frequenter vulneribus ſuccedere ſolet. Conuulſio per conſenſum & per ſympathiam in caſtratis communiter fit, vel ob vulneratæ partis dolorem, vel ob inſignem intemperiem. Si ob vulneratæ partis dolorem fiat, quamprimum huiuſmodi dolor mitigandus, cauſam doloris tollendo. Si ob aliquam inſignem intemperiem Conuulſio fuerit orta, per ſua contraria huiuſmodi intemperies tollenda.

Conuulſio per conſenſũ & ob dolorẽ facta quomodo curetur.

CAPVT

Capvt Vigesimvm Primvm.

De Dolore.

Cvm omnis dolor in vulneribus, & præſertim magnus, partem exaſperet, principémque facultatem ſtimulet: quæ poſtea ſtimulata, ſpiritus & ſanguinem, pro læſæ ac dolentis partis defenſione tranſmutat, ideo per accidens fluxionis eſt cauſa, & hoc efficit etiam, ſi totum corpus ab excrementis purũ fuerit. Si dolores igitur ſint cauſa, vt copioſiores humores quã ex vſu ſit, ad partem confluãt, ideo inflammationis cauſa eſſe poſſunt, ſimiliter Vigiliarum, ſyncopis, & aliorum prauorum ſymptomatum. Eſt autem dolor paſſio corruptiua ſenſus, propter actionem improportionati ſenſibilis. Improportionatum ſenſibile ſiue doloris cauſa eſt ſolutio continui, vel intemperies non ſenſim, ſed confertim, & violenter facta. Intemperies quæ magnum dolorem excitat, vel eſt calida, vel frigida. Continui ſolutio fit, vel à copioſo humorum affluxu, vel à qualibet alia re diſtendente, comprimente, ſtringente & aggrauante. Si dolor igitur fiat ab intemperie *Dolor quid & eius cauſa.*

frigi-

Dolor ab intemperie frigida, quomodo tollendus.

frigida, fomentis calidis huiuſmodi intemperies tollenda, vt vino dulci, in quo incocta ſint chamomelum, anethum, fœniculum, aniſorum ſemina, ſaluia & ſimilia. Vel pars fouenda ſpongia imbibita & expreſſa in oleo chamomelino calido, vel anethino, vel liliorum alborum, vel ſeminis lini ſiue altheę vel amygd. dulc. vel vulpino & ſimilibus. Si fiat in calida intẽperie, decoctis, ſiue aquis refrigerãtibus pars fouẽda, & ſæpè madefacienda linteola, renouandáque ſupra affectã partẽ, ne areſcant, vt decocto ſiue aquis ſtillaticijs Roſarum, Violarum, Nenupharis, Solani, & ſimilium. Vel.

Dolor à calida intemperie quomodo tollendus.

℞. Ol. roſacei ℥ iij.
Album. ouorum No. ij.

Miſce & optimè concute, in eóque linteum madefactum ſuperponatur, & ſæpè renouetur. Vel.

℞. Vng. roſacei ℥ ij.
Ol. roſacei ℥ j.
Aqua Lactucæ ℥ i ß.
Lithargyrij ʒ i ß.
Terræ ſigillatæ ʒ j.

& ex his ſ. a. diu in plumbeo mortario agitando Vng. fiat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Si quid verò ſit quod continui ſolutionem faciat, quamprimum tollendum, vt ſi ſanguis copioſus ad affectam partem confluat & diſtendendo dolorem excitet, vt communiter in ſectione herniarum accidit, quando ſcrotum ferè ſemper ſanguine affluxo impletur & diſtenditur, vnde maximi dolores ſequuntur donec ſuppuratio fiat, ſtatim ſecanda vena, & ſi quid venæ ſectionem prohibeat, purgans medicamentum dandum eſt, quod peccantem humorem euacuet vt inquit Gal. 4. & 5. de ſanitate tuenda. Si dolor ob impeditam tranſpirationem fiat, & puris vel ſaniei retentionem, ei quamprimum exitus parandus. *Dolor ob continui ſolutionẽ quomodo tollendus.*

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

De Inflammatione.

QVANDO Inflammatio vulneri ſuperuenit, huic primum occurrendum eſt, cum vulnus nullo pacto ſanari poſſit, niſi prius inflammatio tollatur, quæ vt plurimum vulneri huic contingit, quando pauca ſanguinis copia è vulnere profluxerit, quod ſcriptum reliquit Hipp.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

lib. de vlceribus, dicens; ſi ſtatim pro valetudine ſanguis plus minúſue à plaga fluxerit, & ipſum vulnus, & quæ iuxta ſunt, minus inflammatione premuntur. Sic & è contra, quando in pauca copia ſanguis effluxerit, & vulnus & circumſitæ partes magis inflammatione tentantur, ſuperuenit etiam inflammatio vulneri ratione partis læſæ vt inquit Celſus l. 5. cap. 26. vbi læſæ ſunt partes neruoſæ & membranoſæ quæ plerumque maximè ſenſibiles ſunt, doloris ratione facillimè inflammationibus tentantur. Quò verò ad curationem, ſi inflammatio ob paucam ſanguinis copiam à vulnere effuſam, ſuperuenerit, quamprimum ſecanda vena, rectitudine ſeruata. Quantitas verò ſanguinis eſſe debet, vt inquit Hipp. plus minúſue, id eſt, pro vt ſc. magnitudo, & amplitudo vulneris ſuadet, & affecta pars, totius corporis habitus, ægri natura, vires, ætas, & cætera ad ſanguinis miſſionem requiſita hortantur. Quod verò quamprimum ſit ſecanda vena, ex Hipp. elicitur, quando lib. de vlc. dixit; ſtatim eſſe ſanguinem à vulnere effundendum, & ratio eſt, quoniam quantò citiùs ſanguis

Inflammationis curatio per venæ ſectionem.

guis extrahitur, tantò minus inflammationis periculum ſubeſt. Et ſi inflammatio iam fuerit facta, ſanguinis miſſione dempta aliqua ex parte cauſa, ſimiliter inflammatio remittetur, & hoc expreſsè loco citato dixit etiam Celſus. Si verò inflammatio partis læſæ ratione ſuperuenerit, venæ ſectio & purgatio facienda, & tandem omnia præſidia dolorem mitigantia applicanda.

Quo ad localia ac topica præſidia in inflammatione curanda, reprimentibus ac per halitum digerentibus medicamentis vti debemus, & inter cætera Auicennas maximè laudat Emplaſtrum factum ex malo punico dulci in vino ſtiptico cocto, in mortario contuſo, & ad Emplaſtri formam redacto, & hoc inquit dictus Author in omnibus corporis partibus conuenire: vel fiat Empl. ex lacte, panis medulla, hordei farina, aqua & oleo roſaceo, quod repellit, dolorem lenit, reſoluit, & omnia tandem præſtat quæ in tali caſu neceſſaria ſunt; vel fiant Emplaſtica, vt inquit Hipp. lib. de vlceribus cum paluſtri lenticula in vino cocta, & roſaceo oleo admixto, vel cum muris auricula, pa- *Inflammationis curatio per topica.*

parina

parina vulgo dicta, vel cum folijs Canini dentis in aqua siue vino decoctis, bene contritis, & rosaceo similiter admixtis & his similibus. Nisi verò repercutientibus aut resoluentibus, inflammatio tollatur, ad pus mouentia recurrendum est, vt est infrascriptum vel simile.

℞. Folior. Maluarum
Artemisiæ
Absynthij ana M j.

Misce, in vino coque, contunde, & adde Farinæ triticiæ ℥ij. Mellis ℥j. Axungiæ suillæ ℥iiij. M. & s. a. f. Emp. quod super locum apponatur. Suppuratione facta, si pus per vulnus non euacuetur, decliuiori ac commodiori loco aperiendum huiusmodi Apostema, posteáque vt decet, curandum.

Caput Vigesimum Tertium.

De Gangræna & Sphacelo in Hernijs.

AD inflammationem reducitur Gangræna & Sphacelus: eiusmodi enim affectiones solent inflammatis partibus superuenire; frequenter autem accidunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

in Humorali & Vmbilicali hernia, quando inflammantur & exulcerantur. Gangræna itaque eſt mortificatio partis, quæ inflammatione tentata eſt; Sphacelus verò quando pars iam planè emortua eſt. Affectus ergo hi cauſantur aut â nimio frigore, vbi etiam inflammationi nimium refrigerantia admota fuerint, aut â calore extraneo, qua ratione talis inflammatio propter excedentem calorem ſolet conuerti in Gangrænam, ê nimium calidis admotis; aut â prohibita tranſpiratione propter validam obſtructionem in hac inflammatione. Quæ cauſæ in vtroque affectu differunt tantum ſecundum magis & minus. Cognoſcunt autem primo ex aſſociatione febris continuæ. Secundo ex dolore intolerabili. Tertio quod Gangræna oriatur cum puſtula quadam ſeu veſica, ſub qua eſt macula nigra. Quarto Floridus color partis immutatur, & ferè extinguitur. In ſphacelo autē primo niger & mortificatus color. Secundo priuatio ſenſus. Tertio pars cadaueroſa ob calorem extraneum fœtorem exſpirat. Quarto membrum redditur molle & putridum. Quin-

Gangræna & ſphacelus quid, & eius cauſa.

Gangrænæ & ſphaceli differētia & ſigna.

to, ſi prematur, cedit in profundum ve-lut œdema. Sexto, ſi cutis digitis attolla-tur, facilè â ſubiecta carne ſeparatur, quia deeſt calor. Incurabilis & Mortiferus eſt ſphacelus, cum iam planè pars ſit emor-tua, nec â priuatione ad habitum detur regreſſus. Gangræna curabilis quidem eſt, ſed adeo difficulter, vt niſi quis præ-ſentiſſimo remedio occurrat, pars conti-nuato quodam motu ſenſim emoriatur, ac breui temporis ſpatio hominem iu-gulet.

Gangræ-næ & ſphaceli prognoſis.

In curatione igitur notandum, quod ſi adfuerit redundantia humorum cum plethora, euacuationem ante omnia in-ſtituendam eſſe, adhibitis purgantibus & venæ ſectione. Diæta talis ſit qualis ob-ſeruatur in febre maligna & peſtilenti. Quo ad topica ergo in Gangræna calida dolor ſedetur, quod fiet Primo euacuan-do humores ſi ab humoribus cauſata fue-rit: tunc enim eodem tempore ſedatur dolor, & Gangræna curatur. Secundo, alterando humores manifeſtis qualitati-bus. Tertio occulta qualitate. Primo mo-do fiat vt.

Gangræ-næ calidæ curatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

℞. Rad. rapi & raphani ana ℥j.
Pul. ſem. ſinapi ʒij.
Pulu. caryophyllorum ʒiij.
Ol. ſem. Lini & Iugland. an. q. ſ.

Euacuant hæc cauſam doloris attrahendo. Poſſumus quoque cucurbitulas ſiccas, vel ſcarificatas quæ magis probantur applicare: item applicabimus hirudines, quæ exſugendo ſanguinem vacuant. Quod ſi calor in parte ſit, & non leniatur dolor â cucurbitulis, quæ vehementer attrahunt: vtimur alterantibus per manifeſtas qualitates: ſi enim humores ſint calidi, apponimus refrigerantia; ſi frigidi, calefacientia. Et tandem reccurimus ad ea, quæ tota ſubſtantia agunt: vt ſunt folia fabæ inuersè impoſita; mithridatium; Ol. Viperinum; ſcordium contuſum, vel huius ſuccus eſt præſtantiſſimus. Et hæc eſt ratio ſedandi dolorem ex Gangræna quæ fit tum ex influxu humorum, tum ê morſu venenoſorum. Si â frigore fiat, calefacientibus eſt opus, & mortificationi reſiſtentibus: ideo ſumimus oleum de lateribus, de terebinth. Semen Vrticæ. Naſturtij, Mithridatium, Theriacam, Salem Theriacalem. Trochiſcos de

Gongrænæ Curatio â frigore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Vipera, Salem, Aquam Salitam, cum ſcordio, & ſcabioſa, lixiuium cui ſcordium ſit incoctum, Aquam Calcis viuæ. Interdum accipimus Vng. Aegyptiacum; & tantundem ſcordij admiſcemus, quantum recipere poteſt. Si Gangræna fiat ab externo calore, vt in maximis inflammationibus quæ terminantur in Gangrænam, ob prohibitam perſpirationem, quæ fit à multa conſtipatione; tunc indicationes erunt poros aperiendi & refrigerandi. Pro quibus indicationibus probatur ſanguinis euacuatio ê parte affecta; ſcarificanda ergo pars multis ſectionibus. Guido præcipit poſt ſcarificationem abluendam partem aqua falſa tepida, vt hac ratione materia craſſa euacuetur. Euacuata ſanguinis copia ſufficienti, cum adhuc remaneant putredinis reliquiæ, has nos tollemus medicamentis putredini contrarijs, id eſt, frigidis & ſiccis, præcipuè verò ſiccis. Fit cataplaſma ex oxymelite, farina orobi, lolij, vel fabarum, admiſto ſale, ſi volumus fortius efficere. Si validiora velimus, in corporibus duris, conueniunt oxymel ſcilliticum, item mel roſatum, cui calx viua ſit admixta. Vltimo-

mo Guido monet, ad reſiduum eradicandum, abluendum eſſe locum aceto calente, ſeu mulſa.

In omni autem Gangræna partis ſanæ cura erit habenda: niſi enim hæc cuſtodiatur, corruptio ipſi communicatur, & ita homo perimitur. Defenſiuis ergo vtendum, quæ ſunt putredini contraria, hoc eſt refrigerantia & ſiccantia. Optimum & certiſſimum experti ſumus ſequens.

Defenſiuum contra Gangrænam.

℞. Boli Armeni ℥ iiij.
Terræ ſigillatæ ℥ ij.
Cornu cerui vſti &
Raſuræ Eboris ana ʒ ij.
Camphuræ ʒ iij.
Ceræ ℥ iij.
Ol. roſacei ℔ j.
Aceti. ℥ iiij.
Aq. roſarum. ℥ ij.
Albumina ouorum N°. ij.

Miſce fiat Vng. quo pars circumcirca circumlinienda. Quod ſi verò pars iam omnino fuerit emortua & in ſphacelum mutata, tunc proxima indicatio curationis eius erit, ſeparatio partis emortuæ â viua, quod aut ſcarificatione & ſectione aut cauterio actuali fiet, vt autem cito fiat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ſeparatio putridi â ſano, ſciſſuris linteum tinctum in ſequenti medicamento liquefacto ſuperponitur, & imponitur.

Medicamentum contra putredinem efficaciſsimũ.

℞. Aloes.
Myrrhæ.
Acaciæ.
Aliptæ moſchatæ.
Galliæ moſchatæ.
Corticum Granatorum.
Nucum Cupreſſi.
Nucis Moſchatæ.
Santalorum omnium.
Ligni Aloes.
Cumini.
Aluminis ana ʒ j.

Miſce & terantur omnia. Deinde.

℞. Huius pulueris ℥ j.
Picis Naualis ſeu Nigræ.
Reſinæ pini.
Colophoniæ ana ℥ i j.
Thuris.
Maſtiches.
Stiracis liquidæ ana ℥ j.
Gummi Arabici.
Tragacanthi ana ℥ ß.

Miſce. Poſtmodum liquatis ad ignem infunditur linteum, & tamdiu detinetur, quouſque abſorbeat medicamentum. Et hoc medicamentum vim habet exſic-

candi

candi valentiſſimam, & profundè ſeparandi viuam carnem à mortua. Separatio hæc vbi fuerit facta, & ſi à putredine tuti fuerimus (quod cognoſcimus inde, quia putredo latius non ſerpit, dolor quieſcit, febris mitigatur, & omnia ſigna remittuntur) tunc danda eſt opera vt cruſta cadat: quod præſtatur mollientibus, quia cruſta dura: detergentibus, quia valdè adhæret parti viuæ: & maturantibus, quia ſanies generatur inter partem viuam & mortuam. Huic vt ſatisfiat vti poſſumus digeſtiuis ex reſina abietina, aut terebinthina, cum melle & oui vitello, vt ſuperius in alijs capitibus deſcripta fuerunt. Ablata cruſta vt carnis cauitates impleantur ſarcotica applicabis. Si fuerit Hyems, vtimur Vng. Iſidis, aut Apoſtolorum, aut de Gummi Elemi: Æſtate vtimur Vnguento de Ceruſſa aut de Tuthia: medijs temporibus Vng. de Betonica. Ad mitigandum dolorem qui denudationem partis vtplurimum comitatur, ſequens optimum compertum eſt: Sumitur Vng: de Betonica, è ſolo Betonicæ ſucco, ſine pulueribus paratum, factum è ſucco Betonicæ, cui admiſcetur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

aut Ol. Amygdl. dulcium, niſi adſit inflammatio, aut ſi adſit, quod plerumque fit, miſcetur Ol. roſatum, vel interdum oui vitellum. Poſtremò cicatrix obducenda, aut cerato de minio, aut diapalma, item pulueribus de Tuthia. Cornu cerui, aut ære vſto loto, lineamentis ſiccis. &c.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

De Febre cum Calore corporis immodico.

Febris & caloris ſymptomatici in caſtratis curatio.

SI Febris huic vulneri, intra Inflammationis terminum, & dum inflammatio adeſt ſuperueniat, non nimis timenda, cum & magnitudinis vulneris, & inflammationis ratione ſuperuenerit, & Symptomatica ſit. Febres igitur vulneribus ſuperuenientes, victus ratione refrigerante, conuenientibus ſyrupis, Medicamentis peccantem humorem euacuantibus, Venæ ſectione, & alijs conuenientibus præſidijs curandæ. Victus ergo ſit tenuis, frigidus & humidus. Conuenit ergo Ptiſana hordeacea, lactuca cocta. Endiuia, Borrago, panatella cocta in aqua, & ſi vi-

res

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

res ſint debiles, ius parui pulli, in quo incocta ſit acetoſa, vel Agreſta concedi poteſt. Pro potu, Celſus aquam copioſam præbet, cui admiſcere poſſumus aliquem ſyrupum refrigerantem, ſicut eſt ſyrupus de Acredine Citri, de ſucco limonum, de Omphacio, aut Violaceus ſimpl. Poſſumus etiam pro potu ſuccum Malorum Punicorum concedere. Aer niſi ſit natura frigidus, alteretur cum Aceti vel Roſaceæ aquæ aſperſione, vel frondibus Arundinum viridium, vel ſalicum, vel Vitium & his ſimilibus, & huiuſmodi victus & Aer competit, vt ſanguineę maſſæ feruor extinguatur. Maneat in quiete, cum quies ad refrigerationem faciat, & motus calorem augeat. Ex ſyrupis refrigerantibus maximè conueniunt. Syr. De ſucco Limonum, de Acredine Citri, de Bugloſſa, Capillorum Veneris, Acetoſæ &c. ex quibus componuntur vt plurimum Iulapia ad incendium febrile compeſcendum. vt.

Iulapia ad Incendium febrile compeſcendũ.

℞. Syr. de acredine citri.
Limonibus ana ℥ j.
Aq. Acetoſellæ ℥ i i j.
Anguriæ ℥ i j.
Spiritus Vitrioli ℈ ß.

 Miſce.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Miſce Vel.

℞. Cornu cerui Vſti præparat. ana ʒ ij.
Sem. & cortic. citri ana ℈ iiij.

Infunde per noctem in ℔ Vj aquæ fontanæ in cal. B. M. manè bulliant ad conſumpt. tertiæ partis. Calatura clarificetur & adde Syr. de limonibus ℥ iij. Vel.

℞. Aq. fontanæ puræ ℔ ij.
Syr. de Limonibus.
Iulap. roſ. acredine citri ana ℥ i ß.
Spiritus Vitrioli ℈ j. vel q. ſ.
ad acorem gratum.

Vel.

Aq. fontanæ puræ ℔ iiij.
Syrup. granator.
Iulapij roſ. ana ℥ i ß.
Spirit. Vitriol. guttas tot, quot ſuff.
ad gratum acorem.
Tranſuaſando hinc inde.
F. Iulapium.

Incendio febrilis quomodo ſuccurrendum purgationibus, & qualibus.

Purgatio ſiue Catharſis hic debet eſſe legitima & tuta, ne fiat ὑπερκάθαρσις, eccoprotica & benigniora pharmaca propinando, & â validis medicamentis deleterij vim habentibus, vt colocynthide, elaterio, diagrydio &c. abſtinendo. Alui namque liquamenta familiaria hic ſunt, æſtus ſummus, humores rapidè concitati:

quæ

quæ vehementioribus pharmacis exhau-stis, venenatâ suâ qualitate, & socio calore acri exasperantur. Quare non nisi protinus exterminandi, virium robore adhuc constante, quò natura onere releuata suo, postmodum animosior aggrediatur hostem fallacissimum, suasore Hipp. 2. aph. part. 29. Cum morbi inchoant, si quid mouendum videtur, moue &c. Innoxia medicamenta sunt: Syr. ros. solut. præstantissimus. Syrup. de Cichorio cum rheub. diacatholicum, diaphœnicon, diaprunum solut. rheubarbarum per se & infusione in aqua endiuiæ. Agaricus hic præ cæteris viribus pollet, quocunque modo porrectus. Oxymel helleboratum minus. Syrup. diasenæ. Pul. senæ laxat. spec. diaphœniconos, cassia, manna, cum decocto aperit. Maior. & Minor. cum & sine rheubarb. Decoct. senæ cum Agarico. Decoct. florum & fructuum. Cum autem prima corporis regio non semper vniusmodi cacochymiâ scateat, eruditi Medici erit, pharmacum ad præcellentem quidem pituitam dirigere semper, ita tamen vt reliquorum humorum excrementitiorum illi com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

mixtorum, & eo loci ſubſiſtentium rationem habeat. Conuenientiſſimi erunt Clyſteres, ex iuſculo gallinæ, caponis & carnis vitulinæ in quo coquantur, mercurialis, malua, althæa, flores Violar. Lactucæ folia & Caſſia pro Clyſtere, mel roſaceum, oleum Violar. Ol. chamomill. butyrum & alia pro re natâ, & indicationum iuſſu, ſecundum artem addita, cum fructu inijciuntur. Exemplum Clyſmatis hoc eſſe poteſt.

Clyſter emolliens.

℞. Herb. Maluæ. Altheæ.
Violar.
Rad. Altheæ & Lil: alb. ana Mß.
Scordij. Veronicæ. pauxillum.
Flor. Violar.
Chamomill.
Meliloti ana Pij.
Caricarum pinguium paria V.

Decoq. in ſq. iuris pulli non ſaliti. In colaturæ ℔ j. diſſolue.

Caſſiæ extract. ℥ i ß.
Mellis Viol. ℥ iij. vel
Sacchari ℥ iiij. plus minuſue.
Ol. Violar. vel
Communis. vel
Amygdl. vel
Butyri recent. ℥ iiij.
M. f. Clyſter tutiſſimus.

Acrio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Acriores minimè inijciendi, nec ê multis calefacientibus conflati. Qui verò â clysteribus abhorrent, purgantibus in sequentibus formulis vtantur.

Potiunculæ purgantes lenes.

℞. Decoct. senæ cum Agarico.
Syr. diasereos ana. ℥ i ß.
Troch. de Agarico. ʒ j.
M. f. Potio. Vel.

℞. Dococt. senæ cum Agarico.
Syr. diasenæ infus. tripl. ana ℥ i ß.
Pul. senæ laxat. ℈ iiij.
Misce. Vel.

℞. Decoct. senæ ℥ ij ß.
Diaphœniconos ℥ ß.
El. de succo rosar. ʒ ij.
Misce. Vel.

℞. Extract. aperit. M. cum rheub ʒ ij.
Syr rosat. solut. ℥ i ß.
Specier diaphœniconos ℈j.
Misce. Vel.

℞. Decoct. aperit. lenit minor. ℥ ij ß.
Diaphœnici
Benedict. Laxat. ana ʒ iij.
Misce. Vel.

℞. Aq. Endiuiæ Petroseli. ana ℥ j ß.
Mannæ elect. ℥ ij.
El. de succo rosar. ʒ ij ß.
Misce. Vel.

℞. Decoct. senæ ℥ i ß.
Syr. Diasenæ ℥ ii ß.
Misce. Vel.

℞. Cissiæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

℞. Cassiæ recenter extract. ℥ß.
Conseruæ cichor. ʒj.
Pul. senæ laxat ℈ii ß.
Cum syrup. granat. f. Bolus sacchare conspersus. Vel.

Bolus laxans.

℞. Mannæ elect. ℥j.
Elect. de succo rosar. ʒj.
Aq. scordij.
Endiuiæ ana ℥j. Misce.

In venæ sectione quæ' sint obseruanda cum in superioribus sæpè enarrauerim, hic repetenda minimè necessarium iudicaui. Instituenda igitur post euacuationem venæ sectio, pro febris, caloris & virium ratione, quam prudens Medicus facilè moderabitur, cuius iudicio & regimine relinquenda & comittenda est.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

De Lipothymia & syncope.

Lipothymia & syncope accidunt vt plurimum in hac operatione ob nimiam hæmorrhagiam sanguinis, vel ob vehementem dolorem: tunc enim spiritus destruuntur, resoluuntur & euanescunt. Causantur etiam â febre quando superuenit; per illam enim cor â putridis humoribus

moribus infestatur. Curandi igitur ratio etsi pro causarum diuersitate varianda sit ac potissimum causæ externæ citissimè remouendæ & alterandæ: tamen cum syncope sæuissimum sit symptoma, & inducias ad causarum internarum demolitionem non patiatur, ac nisi citissimè calor natiuus spiritusque vitales in corde reuocentur ac restituantur, cito interimat hominem: causis internis in accessione neglectis, omnis cura & sollicitudo ad symptoma tollendum, est conuertenda. Statim itaque in initio paroxismi, patientis nares apprehendendæ sunt, ac conuellendæ, & facies, si nihil ad manum sit aliud, aqua frigida, aut aqua rosacea moscata, aut simplici rosacea, conspergenda est, & naribus admouendæ, illiniendæque odoratissimæ res quæque, veluti sunt aqua rosacea, acetum rosaceum, aqua Lauendulæ: item oleum angelicæ, oleum nucis moschatæ naribus illitum, Benzoi & storax calamita, calefacta & naribus admota. Exhibendæ postea conseruæ, syrupi & aq. rosar. borrag. bugloss. Melissæ. syr. acetosit Citri, de cortic. citri, de Rubo Idæo, tunicis, vinum granato-

Lipothymiæ & Syncopes Curatio.

rum,

rum, confectio Alkermes. Spec. cordial. temperatæ. Elect. de gemmis, diamargaritt. Lignum aloes, corallia, margaritæ, emulſio margaritt. cum aq. roſar. borrag. & cinamomi parata, tinctura & ſolutio coralliorum, ſolutio perlarum. Vt.

Electuarium confortans Cor.

℞. Conſeruæ roſar.
Flor. Papau. errat.
Borrag.
Bugloſſ.
Acetoſell. ana ℥j.
Margarit. præp. ʒj.
Oſſ. de C. C. ℈ij.
C. C. S. Vſtion. præp. ʒß.
Fol. Auri N° Vj.
Confect. Alkermes ʒß.
Cum ſyr. acetoſ. Citri. F. Electuar.

Extra applicentur pulſibus & cordi ſacculi ex roſis, ligno aloës, ſantalis, corticibus citri, rad. Ireos, meliſſa, flor. borrag. bugloſſ. vel linteamina aquis ex ijſdem madida apponantur. Vt.

Sacculi cor confortantes.

℞. Cortic. citri flauor.
Roſar. rubr.
Santali citrin.
Galangæ.
Macis. ana ʒiß.
Spec. Diamoſch. dulc.
Zedoariæ.

Garyo.

Caryophyll.
Melisſ. ana ℥j.
Camphoræ. ℈ß.

Fiat ſacculus, qui irroretur Aq. Meliſſæ & aceto roſ. vnguenta itidem cordialia ex Vng. roſaceo, ol. deſtill. citri, caryophyll. Cinamomi, rutæ, croco, camphora parata. Odoramenta quoque omnes ſpiritus recreant. Reſpicienda tamen ſemper eſt cauſa: ſi enim fuerit frigida, calida roborantia, ſi calida, frigida conuenient. Aſſignabo formulas aliquas ad vtramque cauſam. In calida cauſa vtatur æger ſequenti Electuario. *Lipothymiæ & ſyncopes Curatio in calida cauſa. Electuarium confortans cor. in cauſa calida.*

℞. Sacchari Violarum.
Roſarum.
Boraginis.
Bugloſſæ ana ℥ ß.
Pul. Coralliorum præp. ℥ j.
Spec. Diamargariton frigidi.
Oſſis cordis ceruini ana ℥ ij.

Miſceantur, & cum q. ſ. ſyrupi aceroſitatis Citrij. f. Electuar. de quo mane ac Veſperi deuoret æger ſemijuglandis quãtitatem. Foris inungatur cordis regio ſequenti linimento.

Ol. Roſarum. *Linimentum cor*
Violacei.

corroborans in causa calida.

Nymphea ana ʒ ij.
Ceræ albæ q. s. f. linimentum
cui immisceantur tenuissimorum pul.
Coralliorum rubeorum.
Santalorum rubeorum.
Rosarum ana ℈ j.
Camphoræ gr. iij.
Aceti rosacei gutt. V.
F. Vng.

Aut cordi imponatur sequens Epithema.

Epithema cor corroborans in causa calida.

℞. Aq. Stillat. rosarum.
Acetosæ,
Boraginis ana ℥ ij.
Aq. Melissæ ℥ j.
Sp. Cordialium vel pro Epithemate Cordis ʒ ij.
Santali rubei.
Coralliorum ana ʒ j.
Camphoræ gr. V.

Commixtis omnibus f. Epithema, quod duplicato panno rubeo tepidum excipiatur, aut duplicato linteolo, & regioni cordis applicetur, vel conficiatur sequens sacculus quadratus.

Sacculus confortans Cor in causa calida.

℞. Flor. Violarum.
Buglossæ.
Rosarum ana M j.

Sanda-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Santalorum omnium ana ʒ j.
Coralliorum rub, & alborum ana ʒ ß.

Contuſa craſſiuſculè inſuantur in ſacculum ex ſindone conſutum, qui aq. roſacea conſperſus ac tepefactus cordis regioni applicetur. Intermedijs tẽporibus prodeſt aſſumere rotulas duas aut diamargariton frigidi, aut diatrion ſandalon.

Si frigida cauſa ſit, Sequentia proderunt. Vt. *Lipothymiæ & ſyncopes curatio à cauſa frigida. Electuarium Corroborans in cauſa frigida.*

℞. Conſeru. Roſarum.
Boraginis.
Meliſſæ ana ℥ ß.
Cort. mali citrij.
Arantiorum conditorum & tenuiſſ. inciſor. ana ʒ V j.
Spec. Diamoſchi dulcis.
Diambræ ana ʒ i ß.
Pul. coralliorum rubeorum ʒ i ß.
Syr. acetoſitatis citri.
F. Electuarium.

Cui admiſceantur Ol. Cinamomi ℈ j. de quo aſſumat æger mane ac Veſperi aut quandocunque cor infeſtatur ſemijuglandis quantitatem, Aut.

℞. Spec. Diamoſchi.
Diambræ ana ʒ i.j.
Corallij rubei præparati ʒ j.
Margaritarum in ſucco limonum. *Morſuli corroborantes Cor in cauſa frigida.*
reſolutarum ℥ ß.

Sachari albiſſimi in aq. Cinamomi ſo-
luti ℥ iiij.

F. Morſuli.

Inter commiſcendum adijciatur Ol. Cinamomi ℈ ß. Prodeſt quoque ſubinde vti ſtillat. aq. ex Cinamomo vel. aq. Iuniperi cochlearis menſura. Mirificè cor corroborat fruſtulum panis ſimilacei in Vino Cretico madefactum ac eſitatum. Foris verò mammæ ſiniſtræ applicetur ſequens Epithema moderatè tepidum.

Epithema corroborans Cor in cauſa frigida.

℞. Aq. Stillat. Meliſſæ.
Roſarum ana ℥ V.
Boraginis ℥ ij.
Vini Cretici ℥ iij.

Quibus commixtis admiſceantur.
Pul. Maceris.
Caryophyllorum.
Cinamomi ana ʒ j.
Cort. Citri.
Ligni Aloës ana ʒ ß.
Sem. ocymi ℈ j.
Moſchi.
Ambræ.
Croci an. gr. V.
Ol. Angelicæ ℈ j.
Cinamomi ℈ ß.

Fiat Epithema, quod duplicatis linteolis exceptum applicetur. Aut.

℞. Flor.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

℞. Flor. Roſarum. *Sacculus confortans Cor in cauſa frigida.*
Roriſmarini.
Fol. Maioranæ.
Baſiliconis.
Meliſſæ ana Pi.
Pul. Caryophyllorum.
Ligni Aloës.
Cinamomi.
Cort. citri an. ℨj.
Troch. Galliæ Moſchatæ ℨß.

Contuſa craſſiuſculè inſuantur ſacculo quadrato ex ſindone rubea confecto, qui ſacculus conſpergatur aquis roſarum, meliſſæ, & vini generoſi an. p. æ. ſimul mixtis & tepefactis & cordis regioni adligetur. Aut inungatur Regio cordis ſequenti liquore.

℞. Aq. Roſarum.
Meliſſæ. *Liquor confortans Cor in cauſa frigida.*
Vini Cretici ana ℥j.
Ol. ê nuce moſcata deſtillati.
Angelicæ ana ℨß.
Cinamomi ℈ß.
Caryophyllorum ℈j.

Commiſceantur & parum calefiant ante vſum. Quantum verò ad cauſarum syncopes ablationẽ attinet, ſemper eſt notandũ, in ipſo paroxyſmo, præſcriptis remedijs vires eſſe reſtaurandas primũ, deinde cauſæ ocyſſimè remouendæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

De Constipatione Alui.

Constipatio Alui quomodo tollenda.

CVM hæc communiter ab intermissione exercitij, quando se continuò in lectò continere debent ægri, & calore siccante ortum ducat, ideo hic & humectandum & refrigerandum. Inter cætera autem conueniens est Enema ex Lactucæ. Malu. Alth. Chamom. cum floribus cass. alijsque emollientibus paratum. Vt.

Clyster emolliens in Constipatione Alui.

℞. Rad. Alth. & Lilior. ana. ℥ij.
Herb. Mal. cum toto Atriplic.
Pariet. Mercur.
Brancæ Vrsinæ.
Violæ, Geranij ana M j.
Sem. Lini. Altheæ &
Anisi ana ʒij.
Prun. dulc. par. iiij.
Flor. Viol. Borag. &
Maluæ ana P j.
F. decoctio. cape Colaturæ ab ℥iiij.
vsque ad ℔ij, vel ℔iß. In qua dissolue.
Butyri recentis, &
Ol. Violati aut
Olei seminis Lini ana ℥j.
Cassiæ recenter extractæ.
Diaprun. simpl. an. ʒVj.
F. Clyster molliens.

Item

Item ſyr. roſarum ſolutiuus, pruneol. ſylueſt. cum aq. Endiu. Fumar. vel cichor. in forma Iulepi datus; prodeſt etiã Manna in iuſculis ſumpta, nec non decoctũ prunorum damaſcenorũ, vel paſſularum ſine acinis, & quando ſitis ſimul vrget. Syrup. Violar cum ſimplici fontana diſſolutus bibatur. Ex fortioribus infuſũ Rhabarb, additis folijs ſenæ & ſumitatibus Abſynthij valdè eſt vtile; in quẽ finem quoq; Suppoſitoria varijs modis concinnantur, quorũ tres parantur ordines, leniorũ ſcilicet, mediocriũ & acrium: Lenes componunt ex melle cocto, addendo parũ ſalis cõmunis. At verò vbi vehementiùs & valentiùs prouocandum, addunt ſalis gẽmæ, Pulu. Hieræ picræ aut agarici pulueriſati ℈j. pro ℥j. mellis. Vbi verò acerrimè eſt agendũ, vel etiã certus quidã humor ex prima regione educendus, loco prædictorũ, puluerẽ Hieræ logadij, Colocynthidem, ſcamõn, aut Ellebori puluerem permiſcent. Alij verò ex ʒij. Pillul. cochiar., ſine quibus, aut aliarum ad inſtitutum magis facientium, glandes confingere ſolent (ſucceſſu bono) in rem præſentem. Inſtituuntur huiuſmodi glandulæ, aut quando clyſte-

Suppoſitoria aluũ lenientia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

re non licet vti, aut quando ſtercora indurata non ſinunt penetrare iniectiones, ſæpè etiam ad eliciendos clyſteres, ſæpè etiam ad iuuandam vel accelerandam cathartici actionem. Extrinſecus ventri emollientia applicata nonnihil iuuant, præſertim ſi inunctiones fiant ex oleis id præſtantibus, & cataplaſmata ex Clyſterum reſidentia apponantur: inprimis conueniunt cortices lutei interiores de frutice Berberis, ſi cum Lacte coquantur & Abdominis Regioni admoueantur. Balnea idem efficiunt ex decoctis ſimilibus parata. Ex Alimentoſis aluum ſubducentibus, caro iuniorum animalium elixa, vitulina inprimis, pinguis item & mucilaginoſa. Butyrum affatim comeſtum podicem mouet, vti & Ol. Amygdl. dulc. cum ſyrup. Viol, permixtum. Herbæ pleræque temperatæ ac eſui aptæ coctæ & crudæ videlicet ſpinachia. Beta, Atriplex ſatiua, Bugloſſum, Braſſica, inprimis Rapæ coctæ, benè tonitruant, hiſque validiùs fulminant malua recens & violaria, aliarumq́ue plantarum teneritates, vt Lupulorum, ſambuci, quæ omnia ſi in ſero Lactis Vaccini parum bulliant, illud-

Topica. Emollientia & Lenientia Ventrem.

q́ue

que decoctum colatum abundanter bibatur, opus naturæ accelerat, Quorum vero aluus prorsus est astricta, hos sequens puluis soluit. Si in diluculo duabus vel tribus horis ante prandium sumatur.

℞. Pulu. senæ præp. ℥ij. *Puluis contra astrictionem Alui valdè præstans.*
Spec. diaturbith cum Rhab. ℥ß.
Diarrhod. Abbat.
Dianisi ana ʒß.
Pulu. Cinamom. acutiss. ʒiß.
Sacchari albiss. ℥iß.

Misce omnia exactè, fiatque puluis, dosis pondere Aurei Vngarici. Aut formentur tales Morsuli.

℞. Spec. Diarrhod. Abb. *Morsuli aluum laxantes.*
Diatrion santal. ana ʒß.
Diamb. ℈j.
Diathurbith cum Rhab. ʒiiiß.
Elect. de succo rosar. ʒij.
Sacchar. albiss. in Aq. fumariæ dissol. ℥Vij.

Fiat Confectio in Morsulis pondere ʒj vel ʒij, sumantur similiter duabus horis ante cibum. Vel de sequenti Electuario.

℞. Prunorum demasc. ping. & dulc. *Electuarium pro constipatione alui valdè vtile.*
Passular mund. infus. in aq. Cichorij, in qua bullierint prius Rhab. elect. & pulueris. ʒij. & fortiter expressis per cribrum setaceũ ana ℥ij. Quibus adde.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Diaprun. lenit.
Diacatholicon ana ℥j.
Florum diacassiæ ʒX.
Mannæ calabr. ℥iß.
Spec. diarrhod. abb. ʒj.
Pul. Rhab. ʒiß.
Diagryd. optimi ℈ß.

Cum syr. infusionis Rosar. q. s. f. Electuarium, de quo sumatur cum opus sit ℥ß. ante cibum & superbibat parum Aq. Anisi aut dissolutum in iusculo Galli decrepiti exhibeatur.

CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

De Alui Fluxu nimio.

Fluxus Alui nimius quomodo sistendus

FLuxus iste plerumque hic accidit liëntericus, ob causam frigidam, vt propter ventriculum refrigeratum, & tunc vtiliter sumitur mastiche cum rosata nouella. Per aluum inijciantur clysteres abstergentes tantum, ex decocto hordei, addito saccharo & melle rosato. Postea adstringentes vsurpari possunt ex rosis rubris, plantagine, consolida, tormentilla, cum Ol. menthæ, myrtino, rosaceo. V. G. fit Clyster detergens in tali formula.

℞. Hor-

℞. Hordei integri.
Furfuris macri ana P j.
Rof. rubr. ficcarum P ß.
Sem anisi & melon. ana ʒ j.
F. decoctio, in cuius ℔ j dissolu.
Mellis rosat. colat, &
Sacch. rubri ℥ j.
F. Clyster.

Clyster detergens

Clyster adstringens in tali forma.

℞. Rad. tapsi barb.
Symphyti &
Bistortæ.
Tormentillæ.
Consolidæ ana ℥ j.
Cort. mali gran. & balaust. ana ℥ ß.
Fol. plantag. Verbasc.
Polygoni. Myrth.
Caudæ equinæ, bursæ pastoris
& Herniariæ ana m j.
Sem. Sumach. Portul.
Gran. Kermes & acinor. vuæ ana ʒ ij.
Rosar. Siccar. Flor. Saluiæ ana P j.

Clyster adstringens.

Fiat omnium decoctio in aqua ferrata, vel in lacte vstulato aut aqua fabrorum, vel media parte vini rubri austeri, in colaturæ ℔ j. dissolue syr. de rosis siccis aut myrthini vel succi plantaginis ℥ iij. Ol. Menthæ, rosacei ana ℥ ij f. Clyster. Extra quoque applicentur quæ ventriculum atque intestina roborant. Vt sequens Cataplasma.

℞. Sum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Cataplaſma Ventriculum & inteſtina roborans.

℞. Summit. Abſynthij Miſs.
Maſtich. ʒ i j.
Nuc. Moſch. Nº iij.
Medullæ panis ſecalin. ℥iiij.

Conquaſſatis in mortario craſſiori modo affunde cereuiſiæ q.ſ. ad conficiendum cataplaſma, coquantur ſimul lento igne circa finem addendo parum Butyri non ſalſi, & imponatur ventri â regione Vmbilici vſque ad pubem. Oritur quoque alui fluxus ſæpè ob humores ad inteſtina fluentes, & vel copiâ vel qualitate expultricem ſtimulantes; vel quod virtus ita debilitata ſit, vt excrementa retinere nequeat. Nonnunquam & fluxus colliquatiui accidunt, cum ob cauſæ malitiam, & magnum æſtum quaſi colliquati humores ad inteſtina fluunt. Ob poſteriores duas cauſas ſi alui fluxus accidat, res cum ſummo periculo coniuncta eſt, raróque ægri conualeſcunt, & tum id vnicè agendum, vt cauſæ vehementiæ & malignitati reſiſtatur. Ob alias verò cauſas ſi fluxus accidat, modò qualia oportet euacuentur, ſi æger benè ferat, ſiſti non debet: ſi enim ſiſtatur, & materia quæ euacuari debebat, retineatur, retenta ea

longè

longè peior euadit, & postea rursum fluxum periculosiorem excitat, vel ad partes nobiles regurgitat, & symptomatum pessimorum autor est. Si vero spontè non sistatur fluxus, & ob diuturnitatem, vel virium deiectio vel dysenteria metuenda sit: initio illi humores acres & intestina vellicantes abstergantur vt superius diximus, & per lenia soluentia moti humores educantur, & quidem per talia, quæ post se adstrictionem relinquunt: qualia sunt Rhabarb. præcipuè in substantia sumptum, syr. rosar. solut, myrobalani. Postea ea exhibeantur, quæ seu acrimoniam seu malignitatem humorum corrigunt & adstringunt. Vtilissimum est talia cibis admiscere. Ergo semen acetosæ, Berber. sumach, quod commodissimè cibis admiscetur; radic. tormentill. nodulo includantur, & in iusculis ebulliant. Cum cibis etiam sumantur vel misceantur syrupus vel miua Cydoniorum. Syr ribium, berberis, Spec. diamargar, frig. Corallium. C. C. Bolus Armenus, Terra sigill. Vtile etiam est lac ex amygdal. dulc. & sem. frig. maior. ac papauere cum aquis conuenientibus paratum. Eadem quó-

que

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

que extra cibum exhiberi possunt. Et præter ista Conseru rosar. antiqua. Conseru. tormentill, quæ valdè efficacia sunt, vt & ipsa Tormentilla quocunque modo sumpta, rob. ribes, diatragacanthum frigid. Camphora. Vinum granator. Cydoniorum decoctum. C.C. Trochisci de terra sigill. de Carabe, de spodio &c. quæ omnia in fluxu bilioso locum habent.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

De Dolore Capitis.

Dolor Capitis quomodo tollendus.

Dolor capitis vtplurimum hic oritur ex vapore calido & feruido ascendente, quod frequenter accidit propter adstrictam aluum aut ventris exhalationes. Est autem vniuersaliter tollendus Enemate aliquo leniente aut potiuncula aliqua qua aluus blandè subducatur; quarum formulas superius inuenies. Quod si nec Clysteri aut pharmaco concedatur locus, nec etiam hisce cedat dolor. Cucurbitula occipitio vel ceruici sine scarificatione aut cum scarificatu præsertim si materia in capita contineatur affigenda est, hoc enim præsidium teste experientia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

incantamenti cuiusdam simile quid efficit. Vbi euacuantia & reuellentia præmissa sunt, topica ipsi capiti adhibenda, quæ humores & vapores moderatè repellant, simulque alterent, mitiores reddant & dolorem leniant. Vsitatissima sunt Oxyrhodina dicta, ex aq. rosar. oleo rosar, & aceto, quæ passim extant.

Epithema Cæphalicum.

℞. Aq. rosar. ℥iiij.
Fol. salicis. ℥j.
Aceti rosar. ʒVj.
Albumen oui vnius.

Conquassentur F. Epithema fronti applicandum. Vel.

Emulsio Cæphalica.

℞. Aq. rosar. ℥iij.
Flor sambuci.
Betonic.
Verbenæ ana ℥ij.
Sem. Papau. albi. ℥ß.
Nucleorum Persicorum N°. Vj.

Fiat Emulsio, quæ suturæ Corónali aut fronti applicetur cum linteaminibus. Vel.

℞. Nuc. iugland. excort. N°. X.
Persicorum.
Amygdl. amararum an. N°. Vj.
Sem. Cannabis ℥ß.
Papaueris albi.
Lactucæ ana ʒij. Cum.

Aq. Ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Aq. Verbenæ.
Roſarum.
Flor. ſambuci ana ℥ij.
Anethi.
Aceti roſar. ana ℥j.
F. Emulſio.

Si dolor ſit vehemens, granum vnum atque alterum Opij addi poteſt. Plurimum commendatur etiam radix Rhodia contuſa, & cum aq. roſar. capiti impoſita, quæ non ſolum dolorem lenit, ſed & caput roborat. Vt. ℞. rad. Rhodiæ ℥j. Aq. Roſar. ℔ i ß. Coque ad tertiæ partis conſumptionem, atque decocto panni linei madefiant, capitíque imponantur. Sequens etiam linimentum commendatur Vt.

Linimentum pro dolore Capitis.

℞. Vng. Populeon ℥j.
Alabaſtrin. ℥ß.
Roſacei ʒ iij.
Ol. Nuc. Moſch. ad quantitatem piſi maior.
Opij. gr. iiij.
M. F. Linimentum.

Cui ſi addantur telæ aranear. mundatar. efficacius erit. Hoc linimento tempora atque nares nec non vola manuum inungatur. Cauendum tamen ne nimium refrigeremus, ideóque aceto ſolo & alijs

alijs eiusmodi quæ summè infrigidant & neruoso generi inimica, non vtendum.

CAPVT VIGESIMVM NONVM.

De Vigilijs.

Vigiliæ plerumque doloris comites sunt: nonnunquam tamen etiam sine dolore in castratis adsunt. Oriuntur enim vel ex dolore, vel siccitate vel calore. Vnde pleraque medicamenta, quæ dolorem capitis curant, vigilijs tollendis simul idonea sunt. Generalibus ergo præmissis, refrigerantia, humectantia & anodyna adhibeantur. Lotionibus & frictionibus in isto casu, licet maximè ad Vigilias conuenirent, vti non possumus, cum Patiens quietus & semper in lecto esse debeat. Igitur his omissis reliqua quæ assumi & extrinsecè alias adhiberi possunt assignabimus. Vt. *Vigiliæ quomodo tollendæ.*

℞. Amygdl. dulcium ℥ß.
Sem. Melon. excort. ʒVj.
Papaueris albi ʒiij.
Decocti Hordei ℔ iß.
Aq. Violar. Borag. ana ℥iij.
f. s. a. Emulsio.

Emulsio refrigerans contra Vigilias.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Cui addatur Iulep vel ſyrup. Violar. ℥j. Topica ſint. Vt ℞. Cortic. Hyoſcyami, ſolani, ſedi maioris ana M j. Coque in Vini, aceti roſacei ana ℔iß. ad partis quartæ conſumptionem. In decocto calido panni linei calefiant & capiti applicentur, aut ſequenti linimento inungantur tempora & nares.

Linimentum contra Vigilias.

℞. Vng. Popul. ℥ß.
Ol. Violar. Nymph. ana ʒij.
Ol. Nuc. Moſch. expreſſ. ʒß.
Opij ℈ß.
M. f. Linimentum.

Aut ſequens Epithema quod fronti applicetur.

Epithema contra Vigilias.

℞. Aq. roſar. opt. ℥j.
Lactucæ.
Papaueris ana ℥iß.
Flor. ſambuci.
Anethi ana ℥ß.
Nucleor. Perſic. N°. X.
Sem. Papau. albi. ℥ß.

Contundantur & Miſceantur pro Epithemate. Item pro Cataplaſmate.

Cataplaſma cōtra Vigilias.

℞. Succi folior. Lactucæ ℔ß.
Semperuiui. Solani.
Flor. Nympheæ. ana ℥iij.
Roſar. ℥iß.
Aceti Vini albi ℥j.
Farinæ hordei ℥iß.

Sem.

Sem. Papau. albi ℥j.
Hyoſcyam. ℥ ß.
F. ad ignem Cataplaſma.

Si iſta non ſufficiant efficaciora medicamẽta adhibenda, vt Theriaca recens, Philonium, Requies Nicolai, & quod inprimis laudatur, Laudanum opiatum, cum quo tamen ſecurè agendum.

CAPVT TRIGESIMVM.

De Siti.

SITIS & ipſa plerumque caloris indiuiduus comes eſt, & oritur ex nimia oris & vẽtriculi caliditate, & ſiccitate ac humidi defectu. Siccitas autem oritur ex intemperie calida totius, & inprimis Hepatis & Cordis, ac calidis fuliginibus inde aſcendentibus; vel ex humore bilioſo, ſalſo, qui ventriculum occupat. Itaque ſitibundis alijs circa ventriculum magnus æſtus eſt, alij pulmones igneum quid quaſi exſpirant. Quam diſtinctionem notare vtile eſt. Quæ enim ex pulmonis incendio caliditas fuligines cordis excipientis & exſpirantis oritur ſitis, per eam ventriculus non admodum afficitur; ſed os ma-

Sitis cauſa, differentia & ſigna.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

ximè aridum eſt, & veluti torridum â fuliginibus continuò exhalantibus: eamque qui patiuntur, ijs difficilis ſermo eſt, propter tracheæ & laryngis aſperitatem & ſiccitatem. Neque hanc ſitim potus facilè ſedat, cum minima eius portio, quæ bibitur, ad pulmones perueniat, ſed quamdiu fauces irrigantur & potu colluuntur, tam diu ſolùm ſitis lenitur; poſtea eadem ſtatim irruit. Itaque in ſiti, quæ ex pulmone æſtuante oritur, præſtat potius frigidiſſimum aërem inſpirare, quam bibere. Si verò ſitis ex Ventriculo proueniat, rectiſſimè tollitur ſublatis cauſis, à quibus dependet, humore videlicet bilioſo, vel ſalſo ventriculum occupante. Cætera vtrique cauſæ communia ſunt. Nam cum ſiue ventriculo ſiue pulmone æſtuante, os eandem affectionem contrahat, ob internæ tunicæ communionem, eandem quoque refrigerantia & humectantia ſitim ab vtrâque cauſa tollent. Ergò vtile eſt, frigidam aquam ore continere, atque illam ſæpiùs mutare. Etſi verò potus maximè humectat: tamen cum, ſi ægri quantum ſitiunt, bibant, alia incom̃oda incurrere poſſint, ſitis alijs modis fallenda eſt.

Sitis quomodo tollenda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Cerasa itaque acida seu condita seu siccata, vel taleolæ ex cucurbita, cucumere, caules etiam lactucæ conditi, ore detineantur. Quæ tamen sitis causa exhibentur medicamenta saccharo condita, magis sitim leniunt, si ab ijs saccharum prius eluatur: Saccharum enim sitim non tollit, sed potius auget. Prodest etiam Crystallum vel Tamarindos vel ribes fructus ore detinere, vel succum granatorum sumere: & quidem si Tussis sit molesta, sumatur granatum pomum dulce; si tussis non adsit, acidum. Commendantur & folia crassulæ vel portulacæ detractâ cuticulâ in aqua frigida macerata & linguæ imposita, aut aquâ fontanâ in qua momentum salis Nitri dissolutum sit, os colluere. Valdè etiam commendatur semen psyllij, quod in aqua frigida maceretur, vt mucilago extrahatur, & postea in ore detineatur. Vel.

℞. Conseru. rosar. vel Viol. ℥ij. *Linctus ad sitim tollendã.*
Flor Cassiæ ℥ß.
Mucilaginis sem. Psyllij ʒij.
Misce. Vel.

℞. Mucilag. sem. Psyllij ℥ß.
Cydonior. ʒij.

Spec. diatrag. frigid. ʒß.
Sacchari candi q. ſ. F. Linctus.

Vel fiat talis potus qui ſimul aluum laxat, bilemque ſitis cauſam commodè ſubtrahit.

Potus pro ſiti.

℞ Caſſiæ extract. ℥Vj.
Mucilag. Sem. Pſyllij. ʒ iij.
Syr. Viol. ſolut. ℥j.
Aq. Hord. cum Tamarind. decocti ℥ij.
Miſce.

Vtile eſt etiam ad ſedandam ſitim, ſaccharum candum, violaceum ſpiritu Vitrioli admiſto, atque aq. roſar. madefactum, iterúmque exſiccatum. Si his omnibus ſitis non ſedatur, frigidus potus concedendus eſt, & quidem aſſuetis aquæ frigidæ potus. Aquæ ſimplicis loco varij potus conficiuntur, omnibus tamen præfertur aquarum acidularum vſus. Conueniens etiam eſt aqua cocta cui aliquot guttæ ſpiritus vitrioli ad gratam aciditatem admiſtę ſint, vel decoctum berber. de quo ſupra: vel ſyr. limonum, granator, oxyſacchara. ſyr. & Iulep. Violar. Conuenit & aqua hordei. Nonnulli radices acetoſæ in aqua coquunt, quæ inde colorem Vini rubri contrahit. Vel coquitur

horde-

hordeum cum tamarindis & ſub finem addito ſantalo citrin. & cinam aromatizatur, qui potus non ſolum ſitim ſedat, ſed & aluum laxat, hepar refrigerat, corroborat.

Claretum ad ſitim ſedandam.

℞. Aq. fontanæ puræ ℔ij.
Sacchari candi ℥j.
Santali rubri pulu. ʒ iij.
Cinam. ʒ ij.
Fl. roſarum rubr. ʒj.

Infunde in vitro clauſo in loco calido horis 6. Deinde colentur. Adde ſpir. Vitrioli ℈i. ſucci citri. Iulepi Violar. roſar. ana ℥j. M. F. Claretum. Vel. ℞. Aq. fontan. coctæ (nonnulli ei panem à furno calentem inijciunt) menſur. vnam, aceti quartam menſuræ partem, ſacchari albiſſimi vel candi, vel rotul. manus Chriſti ℥iij, vel iiij. F. potus clarus. Vel.

Potus pro ſiti.

℞. Rad. acetoſæ.
Ceraſor. acidor. exſiccat. ana ℥iſs.
Pulpæ tamarindor. ʒVj.
Paſſularum ℥ſs.
Fruct. berber. ſiccat. vel condit. ʒV.
Sem. Melon. ʒiij.

Coque in aq. hordei ſimplici. Colaturæ ℞. ℔ij ſucci citri ℥iiij. Iulepi Violar, vel roſar. q. ſ. M.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

In malignis vtilissimum est decoctum C. C. cum spiritu Vitrioli. Vino granat. Iulepo rosato. Vel ℞. Decocti C. C. ℔iij. syr. de succo Viol. ℥iiij. Transfundantur aliquoties de vase in vas, & vitrioli guttæ aliquot quæ ipsi gratam aciditatem concilient, adijciantur.

CAPVT TRIGESIMVM PRIMVM DE *Ariditate Linguæ.*

Ariditatis linguæ causæ. LInguæ ariditas accidit ex vaporibus & fuliginibus linguam faucesque adeo exurentibus, vt saliualis humiditas absumatur. Qui quidem vapores si minus calidi minusque copiosi sint, solum siccitas excitatur; si valdè calidi, sicci & copiosi, lingua præterea aspera & nigra redditur: imò nonnunquam quasi finditur, si ijdem vapores ex crudo, crasso, lentéque humore ortum habuerint, circa linguam, dentes ac fauces hærent, & lentore quodam linguam obducunt. Imo hæc mala non solùm linguam occupant, sed interdum & œsophagum totum, vsque ad os ventriculi. Huic ergo malo vt resistatur, ea quæ refrigerant, humectant & abstergunt,

gunt, si opus sit, adhibenda. Si ergo malum mitius sit.

℞. Mucilag. sem. Psyll. *Linctus pro ariditate lingua.*
Cydon.
Malu. aq. Violar. extract ana ℥ß.
Syr. Violar. ℥j.
Sacchari candi ʒiij.
Misce. aut.

℞. Sem. Cydonior.
Psyllij ana ℥ß.
Tragacanthæ ʒj.

Cum aq. rosar. s. q. extrahatur mucilago, cui admisceatur syr. de granatis dulcibus parum. Verum si maior ariditas & nigredo adsit, fortiora requiruntur medicamenta. Vt.

℞. Aq. Semperuiui ℥Vj.
Lactuc. Prunell.
Cucum. ana ℥ß.
In his dissolue Nitri præp. ʒiß. M.

Efficacissimum est & Nitrum præp. quod salem prunellæ vocant, quódque in aq. semperuiui dissoluitur, eóque non solum fauces colluuntur, sed eius particula aliqua absorbetur. Est & hoc præstans remedium. ℞. Cancrorum fluuiatilium viuorum N°. Vj. vel Vij. Semperuiui Mij. Contundantur & succus exprimatur, cui *Medicamentum efficacissimum contra ariditatem lingua.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

addi aliquid nitri præparati vel ſalis Ammoniaci poteſt, quo fauces colluantur. Vbi lentore quodam lingua faucéſque obducuntur, inprimis neceſſarium eſt medicamentis conuenientibus ſæpiùs linguam mundare, os verò vino diluto vel aq. hordei cum pauco aceto & melle roſato colluere vel hoc gargariſmo vti.

℞. Hordei integri.
Saluiæ.
Hyſſop. an. Mß.
Caricarum N°. Vij.

Coq. in ſ. q. aq. puræ & in decocti ℔ij. Diſſolue ſyr. acet. ſimpl. ℥iij. vel Oxymel. ℥ij. Miſce. Licet & talibus oris collutionibus aliquot guttas ſpiritus Vitrioli addere, qui egregiè huiuſmodi lentos humores incidit & abſtergit.

CAPVT TRIGESIMVM SECVNDVM

De Tuſsi.

Tuſsis remedia.

TVſſis exiſtit, eo quod Thoracem materia occupauerit, quæ educenda ſyr. de Hyſſopo, Glyzyrrh: Iuiub. Violar. ſcabioſ. aut Trochiſcis Bechicis. Conueniunt autem ſequentia vt.

℞. Diacodij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

℞. Diacodij Montan. ℥ß.
Syr. Viol. ʒX.
Aq. Papau. errat. ℥iß.
Spec. diatrag. frig. ʒj.
Miſce. Vel.

Potio contra Tuſſim.

℞. Butyri pectoral ℥ß.
Conſeru. roſar. ʒj.
Aq. Aniſi ℥iij.
Miſce. fiatque potio, detur calide. Aut.

℞. Flor. Sulphur. ritè præp. ℈iiij.
ſterc. canin. albiſſ. & exſiccat ʒj.
Spec. Diatragac. frigid.
Diamarg. frig. an. ʒß.
Spiritus Vitrioli gr. iij.

Electuarium pro Tuſſi.

Cum conſerua roſar. addito pauco ſyrup. Glyzyrrhiz, inſpiſſentur, fiatque Elect. de quo ſumatur magnitudine nucis Caſtaneæ manè & Veſperi.

CAPVT TRIGESIMVM TERTIVM

De ſingultu.

SINGVLTVS eſt motus Ventriculi Conuulſorius, qui à facultate expultrice concitatur, quando ventriculum humores acres & mordaces, nonnunquam & maligni, vel quocunque modo naturæ moleſti vellicant. In cura huius conſideranda eſt natura humoris. Nam ſi frigidior

Singultus quid.

Singul. cura.

dior eſt humor, tutius dantur calida, vt ſyr. de mentha, abſynthio; vinum abſynthides, decoctum flor. chamæmeli, abſynth, anethi. In calido autem humore conueniunt. Lactuca, Portulaca, acetoſa & ſimilia: & Bolus Armenus cum Aq. Nymph. Bugloſſi. Roſar. Portulac. Vel emulſiones ſem. 4. frigid. mai. cum aq. portulac. acetoſ. Conuenit & Vinũ Granat, & conſerua roſar. vitriolata. Quod ſi his omnibus ſingultus ſedari non poterit danda gr. iij vel iiij. Laudani opiati, in humore quidem calido cum conſeru. roſar. acetoſæ. In humore autem frigido cum conſerua menthæ vel abſynthij, cui gutta vna atque altera olei deſtillati chamęmeli vel anethini addi poteſt. Huc & referuntur tria remediorum genera ad ſingultũ compeſcendum quæ olim Eryſimachus Medicus in Conuiuio Platonis, Ariſtophani Conuiuæ ſingultienti præſcripſit, quorum primum eſt continere ſpiritum, colluere fauces aqua frigida, & in vehementi nec alijs auxilijs cedente, irritare ſternutationem, hoc inquit ſi feceris bis ſemel, etiamſi frequentiſſimus ſit ſingultus, tollitur, concuſſo enim capite & ventre

Singultus remedia ab Eryſimacho tradita.

ventre tum reliquo corpore, diſcutitur etiam materia, quæ cauſa ſingultus.

CAPVT TRIGESIMVM QVARTVM

De Cardialgia, Nauſea & Vomitu.

HÆc Symptomata ex eâdem ferè cauſa oriuntur, ex qua ſingultus. Nam quãdocunque materia aliqua vitioſa, vel copiâ vel qualitate aliqua vitioſa ventriculum irritat & moleſtat, nunc inde dolor ſolum oritur, nunc ſingultus, nunc nauſea, & inanis vomendi conatus; nunc natura id quod moleſtum eſt vomitu reijcit. Ideoque hi affectus eadem ferè habent remedia. Materia ergo illa quæ vomitum cauſat per aluum educatur, & ſi ventriculus omnia medicamenta vomitu reijciat, clyſtere materia verſus inferiora ducẽda. Et tunc vomitus ſiſtẽdus, motus enim ille facilè conuulſionẽ cauſare poſſet. Vomitus autem ſiſtendus medicamẽtis ventriculum roborantibus. Vt. ℞. Corticum Citri, Ligni aloës, Maſtiches. ſem. coriandri. Portulac. ſantal. alb. ana ʒj. f. puluis. Extra quoq; Vtilis eſt panis toſtus vino madidus, & puluere coralliorum, nucis moſchat. macis, ſpec. diarrhod, abb. aromatic.

Vomitus quomodo ſiſtendus.

Puluis ventriculum roborans

Emplastra Ventriculum roborantia.

rosat. conspersus: vel imponatur Emplastrum de crusta panis, vel emplastrum ex fermento, mentha & mastiche, quod ita paratur.

℞. Fermenti ℔j.
Fol. menth. sicc. Mij.
Mastiches ℥j.

Terantur & cum Ol. Mastich. f. Empl. vel Linimentum.

Cataplasma Ventriculum roborans.

℞. Crustarum panis parúm tostarum. & aceto rosaceo irrigatarum ℔ß.
Pulpæ cydonioru͂ vel diacydon. s. ℥ij.

Misceantur affuso vino rubro, adde.

Pulu. Mastiches ℥ß.
Absynthij.
Ros. rubr. ana ʒij.
Macis.
Flor. chamæmel. ana ʒj.
Ol. rosac. chamæmel. q. s.
F. Cataplasma.

Vel imponatur sacculus.

Sacculus Ventriculum roborans.

℞. Absynthij. ros. rubr. ana Mß.
Rad Cyperi ℥ß.
Mastiches ʒiij.
Caryophyll.
Macis ana ʒß.

Olea Vomitum sistentia.

Cum sindone rubra. f. sacculus. Vel vngatur Ventriculus. Ol. Absynthij, menthæ, cydoniorum, mastichino, nardino, nucis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

nucis moſch. Naribus quoque quædam non inutiliter contra vomitum adhibentur odoramenta: vt mentha, ruta, acetum, aqua roſarũ, panis item toſtus aceto madidus. Si ijs omnibus vomitus non tollitur, ad Laudanum opiatum accedendum, cuius gr. iij cum ſyr. vel conſeru. conueniente exhibenda. Et hæc de ſymptomatibus.

Concluſio.

HÆc ſunt Amice Lector quæ de Ramicibus in tui gratiam publicare volui, non territus à cenſoribus illis rigidis, qui minutiſſima quæque verba, examinant, notant, carpunt, vel aliàs dicta per ſe optimè, obtrectant & cauillantur. Scio enim vix ipſi Deorum Principi Ioui, ac Muſarum Præſidi Apollini datum eſſe, ad omnium guſtum & ſaliuam, ſcriptum aliquod formarè & coquere. Inſuper, quod ſubinde alienis ſcriptis vſus fuerim ad meum vſum, cum Virgilio reſpondeo, cui cum ab imperitis obijceretur, quod aliquos Ennij verſus ſuo operi inſeruiſſet, reſpondit. Magnorum eſſe virorum Clauam extorquere de Manu Herculis. Om-

nium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

nium denique de me opinioni vel expectationi nisi satisfecerim, tunc sanè Voluntas sit pro Facultate, sufficiatque voluisse, quod Professionis meæ ratio, studiumq́ue de alijs bene merendi honestum, exegit, quandò minùs per virium mearum exiguitatem adsequi valui, quod aliàs ab aliorum felici Genio, & industria admirabili hactenus fuit præstolatum. Deum ego solummodo oro vt me diuino suo Zœphyro afflare dignetur quo mei conatus ad Medica imposterũ non irriti, sed fœcundi, aut in eius honorem aut in proximi vtilitatem existant.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

INDEX RERVM.

A.

B.

C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

D.

E.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

F.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

G.

H.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

I.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Linctus

M.

N.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

O.

P.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Q.

R.

S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

T.

V.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

Errata Typographica ſic corrigantur.

Pro Titulo columnarum lege KELEGRAPHIA. f. 1. l. 11. leg. Herniam. f. 2. l. 9. leg βουβωνοκήλην. f. 8. l. 3. leg. θηλυγόνον. f. 8. l. 20. leg. ορχεον. f. 9. l. 4. leg. ερυδροειδῆ. f. 10. l. pen. leg. αραιά. l. vlt. leg. τυφλόν. fol. 11. l. 5. leg. peritonæi. f. 16. l. 7. leg. pro &. ab. f. 28. l. 1. leg. pedetentim. f. 41. l. 6. leg. Exomphalo. f. 52. l. 11. leg. habitu. f. 59. l. 1. leg. exhibuiſſe. f. 63. l. 20. leg. foliorum. f. 67. l. 6. leg. Quinquefolij. f. 72. l. 20 leg Lithargyrij. f. 75. l. 9. leg. craſſeſcant. f. 98. l. 12. leg. ſequuntur. f. 99. l. 1. leg. neceſſarias. f. 101. l. 24. leg. ſucci. f. 105. l. 16. leg hermodactylorum. f. 119. l. 18. leg. herniarum. f. 128. l. 9. leg extinctæ. &. l. 12. leg. Fæcis. f. 137. l. 28. leg. ſpicænard. f. 146. l. 10. leg. Liliacei. f. 147. l. 6. leg. terebinthina. f. 149. l. 4. leg. femora. f. 163. l. 15. leg. anethino. f. 174. l. 21. leg. ſanguinem. f. 184. l. 4. leg. tamarindis. &. l. 6. leg. altheæ. f. 196. l. 25. leg. pillularum. f. 199. l. 23. leg. Tragacanthi. f. 215. l. 19. leg. habeat. f. 227. l. 26. leg. otium. f. 263. l. 19. leg. etiam. f. 270. l. 24. leg. capite. fol. 280. l. 19. leg. lentóq;.

Cætera errata, cùm ſint leuioris momenti quàm vt eruditum lectorem poſſint remorari, hic ſunt omiſſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A

MONACHII
Apud NICOLAVM HEN-
RICVM.



ANNO

M. DC. XXXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Wellcome Trust, London.
2721/A